ceremoniæ, cunæ, crates, deliciæ, diuitiæ, exequiæ, excubiæ, fruges, fores, fortune, feriæ, gingivæ, indutiæ, insidiæ, mimicitia, illecebræ, idus, calendæ, nonæ, lares, literæ pro epistola, manubiæ, nuptiæ, præstigiæ, nares, nundinæ, nugæ, neniæ, plagæ, preces, primitiæ, phalcræ, quæquiliæ, grates quas agis ob merita, Gratia deæ, sarcinæ, sortes, suppetiæ, sordes, scopæ, scale, tenebræ. Sūt quædam numeri cōmunis, quæ in nominatiuo singulari pluraliq; similiter efferuntur, ut res, spes. Neutra semp pluralia, hæc moenia, cibaria, crepundia, iuga id est summa mōtium, iustæ, intestina, magalia, mapalia, Neptunalia, parentalia, præcordia, rostrubi concionantur, spectacula, spolia. Vergilius spoliū dixit, ferta, spōsalia, terminalia, cunabula, lumina. Apud Vergiliū, Luminis effossi, uerbera: Verbere torto Vergilius dixit, uiscera, Vulcanalia. Item metallica sunt semper singularia, ut aurum, argentum, ferrum, æs, plumbum, orichalcū, stannum, castiterum et aurichalcū. Quamuis æra dicamus, cæteris casibus non utimur. Illud uero sciendum, q; neq; deorum nomina, neq; elementorū, neq; ciuitatum, neque montium, neq; fluuiorum, plurali numero declinantur, nisi quæ ciuitates pluraliter dicūtur, ut Cumæ, Thebæ, Athenæ, Mycenæ, Putcoli, Baiæ, Ostia. Nec ea quæ ponderi uel mensuræ subiecta sunt, pluraliter declinantur, triticum, frumentum. Quamuis frumenta, ut: Mox et frumentis labor additus, et ordea legerimus. Far, ador, faba, cicer, milium, panicum, et siqua horum nominatiuo plurali efferuntur, cæteris casibus cessabunt. Itē

oleum



oleum, uinum, quamuis uina dixerit Vergilius, mulsum, mustum, defrutum, defruta Vergilius dixit. Sunt item nomina quorū nominatiuus in usu nō est, ut si quis dicat, hunc laterem, et ab hac ditione. Item per ceteros casus nomina multa deficiunt. Nomina aut fixa sunt, ut pater, mater: aut mobilia, ut bonus, bona, bonum. Alianec in totū mobilia, ut Martius Martia, Caius Caia, draco dracena, leoleena, gallus gallina, rex regina. Sunt nomina tota Græcæ declinationis, ut Themisto, Calypso, Pan. Sunt tota cōuersa in Latinam regulam, ut Pollux πολυδευξ, Vlyßes, Οδυσσεύς. Sunt inter Græcam Latinamq; formam, quæ notha appellātur, ut Achilles, Agamemnon. Sunt præterea aliqua, sono masculina, intellectu foeminina, ut pirus, pomus. Satis instructi de nomine, transeamus ad pronomē.

Nominū ali  
a fixa, alia  
mobilia.

## DE PRONOMINE

et eius accidentibus.

**P**ronomē est pars orationis, quæ pro ipso nomine posita, minus quidem, penè tamē idem significat, personamq; interdum recipit.

Pronomini accidunt septem. Qualitas, genus, numerus, figura, ordo, persona, casus. Qualitates pronomini sunt tres. Finita, infinita, minus q̄ finita. Finita est, quæ notat certum numerū, et gestū dirigit ad certam personam, ut ego. Infinita est, quæ certam non recipit personam, ut quis quæ quod. Minus quā finita est, quæ certis et incertis personis aptari potest, ut ipse,

Pronominū  
qualitas tri  
plex.

Genera

## DIOMEDIS GRAM.

Genera pronomi-  
 bus accidunt quatuor. Masculinum,  
 ut hic. Foemininum, ut hæc. Neutrum, ut hoc. Commu-  
 ne ut ego et tu. Sunt alia duobus generibus communia,  
 masculino et neutro, ut quo, quâto. Alia tribus, ut huius,  
 eius, cuius. Numeri pronominum sunt duo: aut enim  
 singularia sunt, ut ego: aut pluralia, ut nos. Sunt quæ-  
 dam numero communia, ut qui, quæ. Nam et qui uir, &  
 qui: et quæ mulier, et quæ mulieres dicimus. Figuræ  
 due sunt. Aut enim simplicia sunt pronomina, ut quis:  
 aut composita, ut quisquis. Personæ accidunt finitis pro-  
 nomini-  
 bus. Prima, ut mihi. Secunda, ut tibi. Tertia  
 quoque in minus quàm finitis reperitur, ut ipse. Ordo  
 quoque pronomi-  
 bus accidit. Aut enim præpositiua sunt,  
 ut quis, quantus. Aut subiunctiua, ut is, tantus. Præposi-  
 tiua, ut quis fecit? Subiunctiua, quæ uim responsi habet,  
 ut is fecit. Item, quantus hic est, tantus ille est. Pronomi-  
 na quædã (ut nomina) aut gētem significat, ut cuius, nostras, ue-  
 stras. Aut nūerum, ut quot, tot. Aut ordinē, ut quotus, to-  
 tus. Aut qualitatem, ut qualis, talis. Aut quātitatē, ut tā-  
 tus, quātus. Quædã possessiua finita ad aliquid referuntur,  
 & ea quatuor modis enunciantur. Aut enim utra-  
 que significatione singularia sunt, meus, tuus. Aut utra-  
 que, pluralia, ut nostri, uestri. Aut intrinsecus sin-  
 gularia, & extrinsecus pluralia, ut mei, tui. Contrā,  
 extrinsecus singularia, & intrinsecus pluralia: ut no-  
 ster, uester.

Casus pronomi-  
 bus, ut nomini-  
 bus accidunt sex, per quos pro-  
 nomini-  
 genus inflectitur, hoc modo. Declinatiōes pro-  
 nomi-

Personæ  
 tres

Ordo du-  
 plex.

Quintupli-  
 cia pronomi-  
 na.

nominū finita, siue absolutæ sunt hæc. Ego pronome finitū generis omnis, nūeri singularis, figuræ simplicis, personæ primæ, casus nri, quod declinabit sic: Ego, mei, mihi, me à me. Sed utrum habere non potest, nisi exclamatio fiat, ut apud Horat. O quisquis uolet inopiā. Pluraliter, nos, nostrū, nobis, nos, à nobis. Nec pluralis uocatiuū habet nisi exclamatio fiat, ut cum dicimus: O nos fœlices. Cæterū nō est eorū reprehendēda sentētia, qui dixerūt in quibusdā nobis, & utrum non posse cadere, cum etiā penē in omnibus pronōibus, nō debeat esse utūs. Sed nos, non quoniā refragamur rationi, uocatiuū adiecim⁹, sed quoniā declinationū cōtextum habere uolumus, inscriuimus. Sed non solū uocatiuū non inuenimus, uerū etiā in quibusdā cæteros casus deficere uidemus. Tu pronomen finitū generis cōmunis, nūeri singularis, personæ secundæ, casus noiatiui, quod declinabitur sic. Tu, tui, tibi, te, o tu, à te. Numero plurali, uos, uestrū, uobis uos, ô uos, à uobis. Ille personæ tertiæ, generis masculini, nūeri singularis, figuræ simplicis, quod declinabitur sic. Ille, illi us, illi, illi uo, ab illo. Nūero plurali, illi, illorū, illis, illos, ab illis. Generis fœminini, illa illius, illi, illā, ab illa. Numero plurali, illæ, illorū, illis, illas, ab illis. Itē finitū iste, sic declinabit. Minus quàm finita, generis masculini. Ipse, ipsius, ipsi, ipsum, ab ipso. Nūeri plurali. Ipsi, ipsorum, ipsis, ipsos, ab ipsis. Generis fœminini, ipsa, ipsius, ipsi, ipsam, ab ipsa. Numero plurali, ipsæ ipsarū ipsis, ipsas ab ipsis. Generis neutri. ipsum, ipsius, ipsi, ipsum, ab ipso. Nūero plurali, ipsa, ipsorū, ipsis, ipsa, ab ipsis.

Quare

DIOMEDIS GRAM.

Quare non ipsud, ut illud & istud? quia ueteres non ipse, sed ipsus dicebant, ut altus, altus, altum. Ipsus, quod est in comœdijs, est et apud Tullium. Sed recetiores ipsus commutarunt, et pro eo, ipse consuetudini tradiderunt, ipsum uero tenuit suam extremitatem, ut etiam exemplum Tullianum docuit. Item infinita generis masculini. Quis, cuius, cui, quem, à quo uel à qui. Numero plurali. Qui, quorum, quis uel quibus, quos, à quis, uel à quibus. Quæ generis foemini, cuius, cui, quâ, à qua uel à quæ. Numero plurali. Quæ, quarum, quis uel quibus, quas, à quis uel à quibus. Generis neutri. Quod, cuius, cui, quod, à quo uel à qui. Numero plurali. Quæ, quorum, quis uel quibus, quæ, à quis uel à quibus. Item articulare præpositiuum uel demonstratiuum, qualitatis finitæ, generis masculini. Hic, huius, huic, hūc, ab hoc. Plurali. hi, horum, his, hos, ab his. Generis foemini. Hæc, huius, huic, hanc, ab hæc. Plurali. hæ, harū, his, has ab his. Generis neutri. Hoc huius, huic, hoc, ab hoc. Plurali. hæc, horum, his, hæc, ab his. Item pronomen articulare subiunctiuum uel relatiuum, qualitatis finitæ. Is, eius, ei, eum, ab eo. Plurali. ii, eorum, eis, eos, ab eis. Generis foemini. Ea, eius, ei, eam, ab ea. Plurali. Ea, earum, eis, eas, ab eis. Generis neutri. Id, eius, ei, id, ab eo. Plurali. Ea, eorum, eis, ea, ab eis. Itē possessiua finita ad aliquid dicta, persone primæ, generis masculini, ex utraq; pte singularia. Meus, mei, meo meū, ō mi, à meo. Plurali. ex una parte mei, meorum, meis, meos, ō mei, à meis. Sed ueteres minus dicebant, ut sit uocatiuus secundum regulam, mi. Omnia nomina quæ nomi-



nminatiuo i ante us nouiſſimã ſyllabam habent, i uo-  
 catiuũ terminant. Generis ſceminini, numeri ex utraq;  
 parte ſingularis. Mea, meæ, meæ, meam, ô meæ, à meæ.  
 Plu. meæ mearum, meis, meas, ô meæ, à meis. Generis neu-  
 tri, numeri ex utraq; parte ſingularis. Meum, mei, meo,  
 meum, ô meum, à meo. Pluraliter. mea, meorum, me-  
 is, meæ, ô meæ, à meis. Perſonæ ſecundæ, nūeri ex utraq;  
 parte ſingularis. Tuus, tui, tuo, tuum, à tuo. Plur. tui, tu-  
 orum, tuis, tuos, à tuis. Generis ſceminini, numeri ex u-  
 traq; parte ſingularis. Tua, tuæ, tuæ, tuam, à tua. Plura.  
 tuæ, tuarum, tuis, tuas, à tuis. Generis neutri. Tuum, tui,  
 tuo, tuum, à tuo. Plu. tua, tuorum, tuis, tua, à tuis. Perſonæ  
 tertiæ, generis masculini, numeri ex utraq; parte ſingu-  
 laris. Suus, ſui, ſuo, ſuum, à ſuo. Plur. ſui ſuorum, ſuis, ſuos,  
 à ſuis. Generis ſceminini, nūeri ſingularis. Sua, ſuæ, ſuæ,  
 ſuam, à ſua. Plur. ſuæ, ſuarum, ſuis, ſuas, à ſuis. Generis neu-  
 tri. Suum, ſui, ſuo, ſuum, à ſuo. Plu. ſua, ſuorum, ſuis, ſua, à  
 ſuis. Item poſſeſſiua ad aliqd dicta, ex altera parte plu-  
 ralia, pſonæ primæ, generis masculini. Noſter, noſtri,  
 noſtro, noſtrum, o noſter, à noſtro. Plu. ex utraq; parte,  
 noſtri, noſtorum, noſtris, noſtros, o noſtri, à noſtris. Ge-  
 neris ſceminini, numeri ex altera parte ſingularis. No-  
 ſtra, noſtræ, noſtræ, noſtram, o noſtra, à noſtra. Purali-  
 ter ex utraq; parte, noſtræ, noſtrarum, noſtris, noſtras,  
 o noſtræ, à noſtris. Generis neutri, ex altera parte ſin-  
 gularis. Noſtrum, noſtri, noſtro, noſtrum, o noſtrum, à  
 noſtro. Plur. ex utraq; parte, noſtra, noſtorum, noſtris,  
 noſtra, o noſtra, à noſtris. Perſonæ ſecundæ, numeri ex  
 d altera

## DIOMEDIS GRAM.

altera parte singularis, generis masculini. *Vester, uestri, uestro, uestrum, à uestro.* Pluraliter ex utra parte, *uestri, uestrorum, uestris, uestros, à uestris.* Generis foemini, nūeri ex altera parte singularis. *Vestra, uestrae, uestrae, uestram, à uestra.* Pluraliter ex utraque parte, *estra, estrarum, estris, estras, à estris.* Generis neutri, ex altera parte singularis. *Vestrum, uestri, uestro, uestrium, à uestro.* Pluraliter ex utraque parte, *estra, uestrorum, uestris, uestra, à uestris.* Sunt item pronomina finita, personae tertiae, generis omnis, numeri communis, sine nominatiuo & uocatiuo, ut *Sui, sibi, se, à se.* Hoc quoque pronomem omnium generum est commune.

## DE COMPOSITIS

### Pronominibus.

De compositis pronomibus Priscianus libro XII. de Pronominibus, huiusmodi pronomina magis proferenda esse dicit per porrectionē, quā Graeci uocāt ἐνκλίσιον, quā per cōpositionem. Insuper & hoc addit eodem loco, quod particula *met,* adiungi potest omnibus pronomibus primae & secundae & tertiae personae, praeterquam nominatiuo pronominis secundae tu, et eius uocatiuo, idq; ideo, ne uerbum putetur tumet tertiae personae à tumeo, attamen eius loco te syllabam apponere sole re autores, ut tute. Sic Lucretius in primo: *Accipe praeterea quae corpora tute necesse est.*

Composita pronomina sunt, ut *Mihimet, tibimet, sibi met, mect, temet, semet, egomet, tumet, illemet. Ego met ipse, tumet ipse, illemet ipse. Meapte, tuapte, suapte, nostrapte, Mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum.*

Masca

Masculina, Quisque, cuiusque, cuique, queneque, à quoque.  
 Pluraliter, quique, quorumque, quibusque, quosque, à quibusque.  
 Fœminina, Quæque, cuiusque, cuique, quaque, à quaque. Plur.  
 quæque, quarumque, quibusque, quasque, à quibusque. Neutra, Quod-  
 que, cuiusque, cuique, quodque, à quoque. Pluraliter, quæque, qua-  
 rumque, quibusque, quæque, à quibusque. Masculina, Quisquam,  
 cuiusquam, cuiquam, quenquam, à quoquam. Pluraliter,  
 quiquam, quorumquam, quibusquam, quosquam, à quibusquam.  
 Fœminina, Quæquam, cuiusquam, cuiquam, quaque, à quaque.  
 Pluraliter, quæquam, quarumquam, quibusquam, quasquam,  
 à quibusquam. Neutra, Quodquam, & cætera. Plurali-  
 ter, quæquam, & cætera. Masculina, Quicumque, simi-  
 liter. Plurali. quicumque. Fœminina, Quæcumque, & cæte-  
 ra. Plural. quæcumque, et cætera. Similiter neutra, quod-  
 cumque, & cætera. Pluraliter, quæcumque, & c.  
 Masculina, Quilibet, cuiuslibet, cuilibet, quemlibet, à quolibet. Plur-  
 aliter, quilibet, & c. Fœminina, quælibet, & c. Plurali-  
 ter, quælibet, & c. Neutra quodlibet, cuiuslibet, cuilibet,  
 quodlibet, à quolibet. Pluraliter, quælibet, quorumlibet, qu-  
 buslibet, quælibet, à quibuslibet. Masculina, Quivis, cui-  
 usvis, cuius, quemvis, à quovis. Pluraliter, quivis, quorum-  
 vis, quibusvis, quosvis, à quibusvis. Fœminina, Quævis,  
 cuiusvis, cuius, quamvis, à quavis. Pluraliter, quævis,  
 quarumvis, quibusvis, quasvis, à quibusvis. Neutra,  
 Quodvis, cuiusvis, cuius, quodvis, à quovis. Pluraliter,  
 quævis, quorumvis, quibusvis, quævis, à quibusvis. Masculi-  
 na, alius, alij, alio, alium, ab alio. Plura. alij, aliorum, alijs,  
 alios, ab alijs. Fœminina, alia, alie, alia, alia, ab alia. Plu-

DIOMEDIS GRAM.

*aliæ, aliarum, alijs, alias, ab alijs. Neutra, aliud, alij, alio  
 aliud, ab alio. Pluraliter, alia, aliorum, alijs, alia, ab alijs.  
 Masculina, alter, alterius, alteri, alterũ, ab altero. Neu-  
 ter, neutrius, neutri, neutrũ, à neutro. Vter, utrius, utri,  
 utrum, ab utro. Vterq; utriusq; utriq; utrumq; ab utro  
 q;. Alteruter, alterutrius, alterutri, alterutrũ, ab alteru-  
 tro. Vnus, unius, uni, unum, ab uno. Pluraliter, uni, uno  
 rum, unis, unos, ab unis. V unusquisq; uniuscuiusq; unicui  
 q; unumquenq; ab unoquoq;. Quidam, cuiusdam, cuidã,  
 quendam, à quodam. Aliquis, alicuius, alicui, aliquem, ab  
 aliquo. Vllus, ullius, ulli, ullum, ab ullo. Nullus similiter.  
 Pluraliter, nulli. Fœminina, nulla, nullius, nulli, nullam,  
 à nulla. Pluraliter, nullæ, nullarum, nullis, nullas, à nullis.  
 Neutra, nullum, nullius, nulli, nullum, à nullo. Pluraliter,  
 nulla, nullorum, nullis, nulla, à nullis. Masculina, totus, to-  
 tius, toti, totũ, à toto. Plur. toti, totorum, totis, totos, à to-  
 tis. Fœminina tota, totius, toti, totam, à toto. Pluraliter,  
 totæ, totarum, totis, totas, à totis. Neutra, totum, totius,  
 toti, totum, à toto. Plural. tota, totorum, totis, tota, à to-  
 tis. Masculina, qualis, qualis, quali, qualem, à quali. Plura.  
 quales, qualiũ, qualibus, quales, à qualibus. Fœminina eo-  
 dem modo declinantur. Neutra, quale, qualis, quali, qua-  
 le, à quali. Pluraliter, qualia, qualium, qualibus, qualia,  
 à qualibus. Hoc pronomem, quod est qualis, & quod sequi-  
 tur talis, communia sunt, masculino & fœminino. Neu-  
 trũ, tale. Pluraliter, talia. Masculina, idem, eiusdem, ei-  
 dem, eundem, ab eodem. Pluraliter, ijdem, eorundem, ijs-  
 dem, eosdem, ab ijsdem. Fœminina, eadẽ, eiusdem, eide,*



eandem, ab eadem. Plur. eadem, earundem, iisdem, easdem, ab iisdem. Neutrum, idem, eiusdem, eidem, idem, ab eodem. Plur. eadem, eorundem, eisdem, eadem, ab eisdem. Nemo pronomen, non habet genitiuum, ut dicamus neminis, ut quibusdā uidetur, sicut et alius pronomen, æque genitiuum non habet, ut dicamus alius, & si antiqui genitiuum alius producte dixerunt. Quorum auctoritati & nos accedimus, cuius nominatiuum ueteres non tantum alius, sed etiam alis, sicut Salustius ait. Alis alibi stantes, omnes tamē aduersis uulneribus ceciderunt. Conuincitur uero hæc opinio auctoritate Plauti, qui ita dixit in Captiuis, neminis misereri certum est.

## DE VERBO ET

cuius accidentibus.

**V**erbum est pars orationis, præcipua, sine casu. Etenim uniuerse orationi uberes præbet ad facultatē uires, cuius operæ pretiū est penitus inueniri potestatem, ne in scitia uitiosum exerceamus sermonem. Vis igitur huius, temporibus et personis administratur. Verbum autē ab eo dicitur, quod uerberato lingua intra palatum aëre, omnis oratio promatur.

Præcipua orationis pars uerbum dicitur, ut à participio, pronomine, aduerbio, præpositione, conjunctione & in

teriectione distinguatur. Sine casu autem additum est, ut à nomine. Siquidem & nomen quoque pars orationis est præcipua. Vnde infra de participio, nomē & uerbum eximias orationis partes dicit.

Verbo accidunt tempora cum personis sociata, nec omnino hæc secerni à se possunt, quin simul uerbi uis dissoluitur. In alijs enim partibus orationis, sunt tempora, à per

## DIOMEDIS GRAM.

*ſonis diſtracta, ut in participijs. Item in alijs, perſona nequaquam tēporibus indigent, ut in pronominiſus. Admittit quoque uerbum, præter perſonas & tempora, numerum, figuram, qualitatem, ſignificationem ſiue genus, modum ſiue inclinationem, coniugationem. Perſonas quidem, quibus ſermo exercet. Numerum uero, cum quis, qui' ue ſint qui loquantur. Tempus, cum quando quid factum aut dictum ſit, queritur. Figuram, cum queritur, ſi ſimplex ſit uerbian, aut compoſitum. Qualitatem, cum cuius ſit ſpeciei, uel qualitatis, uerbum exploratur. Significationem, cum cuius ſit generis et ſignificationis uerbum, queritur, quæ ſingula diligentius exponemus.*

*Perſona, eſt rationalis ſubſtantia. Perſonæ in uerbis ſunt tres, per quas uniuerſus adminiſtratur ſermo. Prima eſt, quæ loquitur, ut dico. Secunda, qua cum ſermo habetur, ut dicis. Tertia, de qua quis loquitur, & relatio indicatur, ut dicit.*

*Numerus præterea accidit uerbis proſus ut erq; ſingularis et pluralis. Dualis enim apud Græcos duntaxat ualeat, à nobis excluditur, eodem modo quo et in nominiſus. Nequaquam enim reperiri poteſt in Latino ſermone ulla dictio, quæ dualem exprimat numerum. Antiquitatis enim Romani memores, dualem numerian poſteritatis uſu receptum, quaſi nouellum uſurpare noluerunt. Is namque ſicut à primordio ſermois à natura prodiit, in obſcuro habitus ignorabatur, ſic diutius incertus, inter utrunque numerum, tam ſingularem quam pluralem latebat. Scroant ſuperuenientibus ſeculis, ſcrupuloſe curioſitatis obſeruationibus*

seruatiōibus cœptus quasi intercalaris irrepfit. Et hæc de causa, apud ueteres raro reperitur, qui iam erroribus illaqueatis multiplicatur. Ac eo per huiusmodi omnis eminens usus Græcorum lingue declaratur. Apud antiquos uero duntaxat, ut plurimum, & maxime apud Homerum (qui cum sit Atticæ lingue cultor, & patrij sermonis assertor, ut quidam putant, tamen non erat nescius antiquitatis) sicut uersus ille testatur:

ΑΤΡΕΪΔΑ ΔΕ ΜΟΛΙΣ Α ΔΙΩ ΧΘΟ ΜΥΘΡΕ ΛΑΩΝ.

Homerus *Il*  
ados primo.

Et cum duo fuisset, ipse uetustatis memor, pluraliter salutationem protulit, hoc modo:

ΑΤΡΕΪΔΑΙ ΤΙ ΧΘΙ, ΑΛΛΟΙ ΟΥΝ ΗΜΙΣ ΔΕ ΑΧΑΙΟΙ.

Homerus *H. &*  
*Ω. Iliados,*

Præterea superfluous antiquis usus est, siquidem ex numeri pluralis imagine, dualis declinatio formata normatur.

Figura uerbi bipartita est, aut enim simplicia sunt uerba, ut scribo: aut composita, ut inscribo. Componuntur autem uerba, sicut nomina modis quatuor, aut ex duabus partibus integris, ut conduco, cōuoco: aut ex duabus corruptis, ut efficio, malo, id est, magis uolo, effringo: aut ex integra & corrupta, ut incumbo: aut ex corrupta & integra, ut ostendo.

## DE VERBORVM

temporibus.

Tempus est uicisitudo rerū triformi mutabilitate cōprehensa. Siquidē potest comprehendī, quod nunq̄ stat, uelut spatium ætatis uolubile, quod eisdem mutatiōibus facit ad declinationem, quod numero uidetur compre-

d 4

hendi.



DIOMEDIS GRAM.

hendi. Hactenus de tempore, nunc de temporibus uerbo-  
rum dicemus. In primis tempus per se nullum directū  
est omnino, cum per se, in se, reuoluatur, et sic facimus,  
aut fecimus, aut facturi sumus. Hac ex re indiuiduo tē-  
pori imponimus partes temporis, non tēpus diuidentes,  
sed actum nostrū diuersum significantes. Vniuersa em̄  
quæ aguntur à nobis, diuiduntur per actiones. Diuerso  
igitur agendi tēpore, tempus ipsum quasi impartitur  
tri sarietantum, quo cuncta gerimus, ideoq; tria tempo-  
ra esse dicimus, instās, præteritum, futurum. Instans tē-  
pus, cum adhuc agimus. Præteritū perfectum, cum iam  
fecerimus. Futurum, cum acturos nos pollicemur. Vnū  
tamen ex his, præteritum perfectum, diuiduum est. Ex  
eo enim scinditur præteritum imperfectum: item præ-  
teritum plusquamperfectum. Hoc pacto, tria tempora  
perfecta uidentur esse, quo nimirum quæ agimus, tripli-  
ei modo differētia reperimus. Præteritum imperfectū  
est præteritum, non tamen perfectum, cum quasi præ-  
terisse tempus affirmamus, alioqui cœpimus nec perfe-  
cimus, quasi legebam et scribebam. In enim præpositio  
plerunq; derogatiua, nonnunq; adiectiua, ut in alijs pa-  
tebit: quæ addita, plerunq; derogat: non addita, ad finē  
perductum significat. Perfectū enim tempus, cum tem-  
pus, quo quid egimus, finitum est. Item præteritū plus-  
quamperfectum, cum tempus iam pridem exactum de-  
monstramus, quo quid egimus. Hoc uno distat à præteri-  
to perfecto, quod superioris temporis recens uideri po-  
test actus, sequentis longa interpositio. Ita enim Græci

ὕπερσυντάκτου



ὑπερσυντέλιον appellat, quasi ὑπερσυντελούμενον, quod nos præteritum plusquamperfectum dicimus. Id uero tempus perfectum apud nos, ἀντι τῆς αἰτίας τοῦ παροχρονίου ualet. Ratione igitur statuerūt actus nostri tempora, in stās, quod et præsens, cum quid maxime agimus. Præteritum imperfectum, si quod agimus, non perfecimus, sed agere desuimus, unde nonnulli inchoatiuum tempus appellauerunt. Perfectum, cum actum perfecimus, et scire desuimus. Plusquamperfectum, cum quod egimus, inueterauit. Futurum, cum nondum agere instituimus, uerum acturos promittimus. Hæc de temporibus, deinceps cætera persequemur.

## DE Generibus uerborum.

Genera uerborum, quibus significatiões aliquo pacto significantur, referemus. Vt enim in nominibus sunt genera, quibus sexus exploratur, ita querūt in uerbo (quo affectus significatur) uerbum ne actiuum sit an passiuum. Genera uerborū siue significatiões, sunt principales duæ, actiua et passiua. Ex his enim nascuntur aliæ, neutra, cōmunis, deponens. Ita fiunt numero quinq; Imperfonalis à quibusdā admittitur. Actiua significatio est, cum alio agente, sit qui patiat, id est, cum actum nostrum alterius patientia significat, ut laudo: hæc ita o litera terminatur, ut recipere possit etiam passiuam significationem, adiecta r litera. Itaq; cum utraq; persona cōstat in declinatione uerbi, ut tā efficere quam effici queat, proprie dicitur actiuum, it emq; passiuum. Passiua est, cum aliquo patiente, apud alium est administra-

Verborū genera.

Genera uerborū quinq; quanquam duo tantum principalia.

DIOMEDIS GRAM.

zio, id est, cū patientiā nostrā alterius actus significat, ut laudor, hæc ita r litera terminatur, ut recipe possit actiuam significationem, amissa r litera, ut laudo. Neutra est, quæ specie actiua, enunciationis o litera clauditur, & r literam nunq̄ recipit, & ob id passiuam formā non potest exprimere. Vbi enim uis patiēdi non est, ex actiua delinatione locum declinationis passiuæ non habet. Itē si alio patiente, sub alia specie penes aliū non sit administratio, similiter neutra dicimus. Alterum itaq; uniformiter significat agentē, uel patientē. Agentē ut facio, ambulo, curro. Patientē, ut ardeo, uenco, u. a. pulo. Ex hac quoq; forma sunt, & illa uerba, in quibus nec agētis significatio plene dimoscitur, nec effectus ostēditur, ut sedeo, sudo, dormio, iaceo, sto, algeo, sitio, esurio. Nescis enim, agat quis an patiatur. Quæ quidam supina dixerunt, alij absolutiua appellant, nōnulli depositiua nominant. Communis est, quæ tam actiuam quā passiuam significationē in se habet, hæc ita r litera terminatur, ut eam non possit amittere, quemadmodū & deponens, ut osculor & criminor. Dicimus em̄, osculor te, & osculor à te, similiter & c. Communia autē dicimus, ut in nominibus, quæ una sub specie, genera diuersa admittunt. Ita in uerbis, quæ sub passiuā declinatione duntaxat, diuersi actus significationē exprimunt. Deponēs est, quæ in r literam desinit, ut passiuā, sed ea dempta, Latinū nō est, unde per antiphrasim, id est, e contrario sic appellatur, quia uerbum r litera finitum, deponere eam non potest, ut loquor, nascor, sequor. Non enim dicimus, nasco.

Et

Et cū sit passiua species, actiuam nō habet. Itaq; nec passiuus sunt, quia actiua non reddunt. Nec communia esse possunt, quia non sub uno genere declinationis utrāq; cōtinēt significationem. Placuit itaq; alijs, id deponēs dici, quod una significatione deposita, à communi separatur, uel quia deponit ambiguitatem sermonis.

Impersonalis uerborum significatio, tā sub actiua specie, q̄ passiua extat, dicta impersonalis, quod nō sine personis pronominis intelligi potest, quamuis formam actiuorum, aut passiuorum habere uideatur. Nam & si tertie persone formam exprimat, tamen tribus modis, uel personis omnibus iungi solet. Proprijs quoq; personis nō enunciatur, sed ut plenus sit sensus, extrinsecus necessario addūtur pronomina, sine quibus nihil huiusmodi uerba significare possunt, quasi pudet me, te, illum. Itur à me, à te, ab illo.

#### DE modis uerborum.

Quoniam de generibus quod erat dicendum, dixi, modos quoq; subiungam, quos quinq; esse omnes ferè Grammatici consentiūt. Nam qui sex uoluerunt, alijs promissuum, quidam impersonalem coniungunt. Qui septē, utrunq; prioribus adijciunt. Qui amplius, prioribus precontatiuum assumunt. Qui nouem, coniunctiuum à subiunctiuo separant. Qui decem, etiam adhortatiuum ascribūt. Verum ex his, ut ipsa declinatio uerborum exposcit, impersonalis & participialis, à quibusdam admittuntur, de quibus postea referre placuit. Modus itaque uerborum, siue inclinatio, in quinque deducitur

Quinq; uerborū modi.



## DIOMEDIS GRAM.

partes. Aut enim finitiuus est modus, aut imperatiuus, aut optatiuus, aut subiunctiuus, aut infinitiuus. Finitiuus modus est, cum quasi finita & simplici utimur expositione ipsa dictioe per se comendantes sensum, sine alterius diuerso complexu, ut accuso accusabam. Itidem per omnia tempora, quod in subiunctiuo parum est. Subiunctiuus enim dictus est, quoniam necesse est, ut alius sermo suggeratur, quo superior patefiat, hoc modo, cum dicam, cum dixerim, cum dixerero, proculdubio nondum hic finitur sermo. Finitur enim hoc modo, cum dixerero, uenies, cum fecero, aspicies, & similia, quod in modo finitiuo non desideratur. Item a quibusdam indicatiuus appellatur, quo indicamus. Pronunciatiuus, quo pronunciamus. Deinceps imperatiuus modus est, qui enunciat externo officio imperantis, & hic modus singulari quidem numero, primam non admittit personam, ut lauda. Etenim absurdum est omnino, quinquam sibi imperare, cum proptus sit sua sponte facere. Imperio enim indigent externae personae. Plurali uero tres personae necessario adhibentur. Conserit enim se prima persona cum alijs, & dum imperat, se quoque in idem ministerium uocat, quem quidam hortatiuum esse putauerunt, cum dicimus faciamus, legamus & similia. Illud praeterea nonnullis absurdum uisum est, tertiam personam modo imperatiuo inesse, quoniam nemo absenti imperat, quorum non minus firma comprehensio, quorum sermo uniuersus sermo inseritur, inter primam & secundam personam. Secunda uero suo usu, materiam praestaturae primae dicenti, & secundae audienti



imperamus, ut pareat ipsa, uel ut excuset, aut alij nostrū  
 nunciet imperiū, uel ut accuset, unde uel merito hoc p. a.  
 cto & in hac declinatione erit nunciantis persona, hoc  
 tamen à ceteris differens, quod & alijs internunciis est,  
 cū dicimus faciat uel legat tertia persona. Imperamus  
 enim ut nūcietur illi facere uel legere. In hoc modo in-  
 stanti tempore, numero plurali, tertia persona duplici-  
 ter declinat, accusemus, accusate, accusent, et accusan-  
 to. Posterior sermo, more ueterū usurpatur, figuratur  
 enim hoc mō. Litera o adijcitur tertiæ personæ, nume-  
 ri pluralis, temporis instantis, modi finitiui, sic: Accusa-  
 mus, accusatis, accusant, huic accedit o litera, et fit ac-  
 cusanto. Idem in omnibus. Futurum uero tempus differt  
 à ceteris futuris, quia nō ut confestim fiat imperamus,  
 sed in futurum fieri, ut perpetuum fiat, quia facito, le-  
 gito, id est, semp fac, semper lege, iure ergo diceretur,  
 quasi futurum. Queni sermonem nōnulli consueuerunt  
 mandatiuū potius, q̄ imperatiuum dicere. Quoniā præ-  
 senti tempore imperare solemus, ut fiat. In futurū uero  
 magis mādare. Ceteræ psonæ proprie nō reperiunt in hoc  
 modo, futuri tēporis. Nōnulli psonis futuri tēporis pro  
 præsentis abutuntur, cum dicitur facito, faciat, facito-  
 te, faciant, id ipsum quod nos secunda persona uulgo, tē-  
 pore futuro usurpamus, facito, legito, dicētes, et pro ter-  
 tia persona admittitur apud ueteres, cū dicitur ille he-  
 res esto, et (ut proximis utar exēplis) apud Vergiliū.  
 Primus equum phaleris insignem uictor habeto. Item,  
 Tertius Argolica hac galea contentus abito. In hoc mo-  
 do.

DIOMEDIS GRAM.

do, declinatione passiva, tempus futurum apud veteres  
 vulgo usitatum est, loquitor, largitor. Legimus apud Ter.  
 loquitor paucula. Idem, de te largitor puer. i. loquere, lar  
 gire. Et Plautus in Pseudolo. Pietatem ergo amplexator  
 noctu pro Phoeniceo. Nonnulli veterum etiam actiuo mo  
 re, tempus futurum imperatiuo modo, ex uerbis quoque  
 passiuus declinantes usurpauerunt, ut Tullius in dialogis  
 de Repub. Sequitur optatiuus modus, quem tum demum  
 usurpamus, cum precibus exposcimus à dijs, unde ab op  
 tado, optatiuus dictus est. Sunt qui excludunt ex hoc  
 modo praesens tempus. Necessè est enim omnium consen  
 su, in futurum optemus, nonnulli uero admittunt, quod  
 nimis uidetur absurdum, quoniam nemo optat quod ha  
 bet, sed ut habeat. Itidem hi qui admittunt, in ambiguum  
 ducunt tempus futurum, cui simile faciunt instans, di  
 cendo, utinam legam, utinam faciam, pro instanti et fu  
 turo idem usurpantes, nec respiciunt quantum discrimen  
 sit, inter haec tempora, quae uniformiter praeue declinan  
 tur. Debent enim, cum sint inter se longe discrepantia  
 sensu, declinatione quoque distentire. Rectius ergo alij fe  
 cerunt, qui ob ambiguitatem, imperfecto etiam instans  
 iunxerunt, ut sit idem instans et imperfectum, utinam  
 facerem. Exoritur item alia questio, quo pacto praeteri  
 ta tempora inserantur, qui enim potest quisquam in praeteri  
 tum optare? Sed haec questio non absurda uidetur.  
 Aseritur tamen ratione idonea, ut non immerito inser  
 ta haec tempora uideantur. Per sepe enim optamus non  
 modo ut habeamus, quod cupimus, uerum etiam incusant  
 tes

tes factum de quibusdam, quæ quoniam nō habuerimus, in posterum habere nō possumus, quæ uelimus, quasi utinam scripsissem ut proficerem, utinam uenissem ut audirem hæc, & his similia.

Subiunctiuus siue adiunctiuus ideo dictus, quod non se exprimit, nisi insuper alius addatur sermo, ex quo superior patefiat. Subiungit, enim sibi, uel subiungitur necessario alteri sermoni, hoc modo: cū dixerō, audies: cū fecerō, aspicies, & similia, quod in declinatione finitiua non desyderatur, & nihil differt ab optatiuo, nisi tēpore tātum futuro. Et in hoc subiunctiuo, numero plurali, uniformem declinationem, perfecti & futuri temporis, accentus distinguit. Perfectum enim acuto accentu declinatur, futurum circumflectitur, quasi perfectō cū dixerimus. Item futuro, cum dixerimus.

Infinitiuus (qui & perpetuus) à numeris & personis ideo dictus infinitiuus, quod parum diffinitas habet personas & numeros. Idem enim sermo et de tribus personis et duobus numeris usurpatur, ut cum dicimus facere ego, tu, ille, uolo et uolumus. Vnde impersonatiuum hunc nonnulli et insignificantiuum dixerunt, quoniā parum tali sermone definita est persona. Perpetuus nō in merito appellatur, siquidē perpetuū est, quod finē non habet, ut legere, scribere, tēporibus, numeris, personis, accidit. Tempora habet ipse, quæ sunt præcipua instās, perfectum, futurū. Hoc modo plerūq; ueteres historiarum scriptores, et imperfecta tēpora finitiua significabāt,  
qua



DIOMEDIS GRAM.

quale est apud Salustium: Hic ubi primum adoleuit, non se luxui aut inertiae corrumpendum dedit, sed ut mos gentis illius, iaculati, equitare, cursu cum equalibus certare, et cum omneis anteiret, omnibus tamen charus esse. Pro eo sane quod est, ut mos gentis illius est, iaculabatur, equitabat, cursu cum equalibus certabat, et cum omneis anteiret, omnibus tamen charus erat. In hoc modo illud fuit obseruandum, quod in passiva declinatione ex syllaba ueteres crebro addunt, quasi accusariet, appellariet. Quale est apud Vergilium (proximis enim utar exemplis) Magicas inuitam accingier artes, pro eo quod est, accingi. Est enim moris antiqui in quibusdam sermonem ex abundantia addere. Nihil enim syllaba addita confert tali dictioni. Meminisse autem debemus, futurum tempus non semper infinitis accidere. Nam egeo, et studeo, egere et eguisse, studere et studuisse faciunt. Nec tamen studium ire, aut egitum ire, dicere possumus, ut lectum ire.

Impersonalis.

Impersonalis quoque uerborum modus sine persona pronominis intelligi non potest. Unde impersonalis dicitur. Hic ab omni genere uerborum iuxta similitudinem conjugationis colligitur. Nam si prima est, uel secunda, uel tertia coniugatio, sublata secundae personae nouissima litera, et addita tur syllaba, impersonalem facit, ut puta amo, amas, amatur, teneo, tenes, tenetur, curro, curris, curritur. Praeteritum autem imperfectum eius, in batur exire debet, ut tenebatur. Perfectum in est uel fuit. Plusquamperfectum in erat uel fuerat, ut tentum erat uel fuerat. Futurum a prima uel secunda coniugatione in bitur, sicut



sicut est amabitur, tenebitur. A tertia in etur, ut est legetur. Hac ratione modus impersonalis colligitur. At uero si r litera fuerint terminata, ut sunt passiuæ cōmuniæ, et deponentiæ, uniformiter currunt. Cætera uerba impersonalia, quæ à se oriuntur, inter genera uerborum potius ordinare quidam probauerunt, quibus eloquentiæ et doctrinæ tributa est autoritas. Hæc enim integræ declinationem desiderant habere, & per omnia tempora atq; modos, sicut cætera uerba declinantur, pudet, poenitet, et similia, de quibus in suo loco plenius exponemus.

Participialis modus uerborum dictus est, quod eius uerba sunt participijs per omnia similia, nec tamen participia sunt, ut legendi, legendo, legendum, lectum, lectu. Dicimus enim, legendi officium mihi est, legendo didici, legendum est, lectu proficit, et lectum est. Quibus participia similia sunt, ut huius legendi, & huic legendo, hunc legendum, et hunc lectum. Hæc eadē sunt, quæ Probus supina appellat merito, quoniam nec certum habent numerum, nec personam, nec significatum, quo solo ab impersonalibus differunt. Nam impersonalia agentis tantum habent significatum, ut puta legitur, scribitur, hoc est, omnes legunt, omnes scribunt. Nam legitur, pro oēs legunt, non leguntur passiuo dixit. Participialia autem et agentis & patientis habent significatum. Nam cum dicit Vergilius: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis, patientem, non facientem ostendit. Significat enim, dum incantatur. Et, Vritq; uidendo Fœmina, non dum uidet, sed dum ab alijs ipsa conspicitur. Item, Fando ali

## DIOMEDIS GRAM.

quid, si forte etc. pro, dū dicitur, passiuā significationē. Aliter enim dictum est. Quistalia fando, Temperet à lachrymis: actiuā significatione. itē, Miserabile uisu. Quod significat, miserabile dum uidetur. Et, Finem dedit ore loquendi. Quod significat, finem dedit ore, dū loquitur. Et, Dictum mirabile monstrum. Quod est mirabile, dum dicitur. Et huiusmodi declinatio tam ex actiua quàm passiuā significatione nascitur.

### DE VERBORUM

qualitatibus.

Qualitates  
seu formæ  
uerborum.

Qualitates uerborū sunt hæc, Absoluta siue pfecta, Inchoatiua, Iteratiua siue frequētatiua, Meditatiua, Transgressiua, Defectiua, Ambigua, Supina, Absoluta uerborum qualitas est, quæ semel uel absolute aliquid facere nos indicat, ut calco, curro, serueo, horreo.

Inchoatiua uerborū species est, quæ rem inchoatam, futuram tamen significat, & uim incipiendi duntaxat in affectu habet. Hæc scō syllaba terminantur, & figuratur ab illis, quæ o litera terminantur, ut horreo in horrore sum. Horresco, & horrere incipio. Vel ab illis, quæ r litera clauduntur, ut misereor, miseresco, quale est, Miserescimus ultro. Itē Labascit, ut Ter. Labascit uictus uno uerbo. Ex eo quod est labor & ardescere ab ardere dicunt. Et à tener tenerascere, ut Lucretius in 11. Scilicet in tenero tenerascere corpore mentem. Itē ab amo ueteres, inchoatiuo modo dixerunt amasco. Vnde & amascos amatores dicebant, ut Plautus in Truculento. In cūdulos amascos. Hio, hias, ex quo iteratiuū figuratur,

hī

hiato, hiatas. Inchoatiuum uero figuratur, hisco, hiscis, cum dicimus. Sed quanquam ita se habeant, tamen plus esse uidetur, in eo quod est hiscere, quã hiare. Hiato enim qui ore patet, uel tacitus tamen, quod in rebus fictis animaduerti potest. Hiscere uero, incipere loqui. Illud propterea nonnullis libuit animaduertere, quod ab actiuis et etia, nonnulla figurata inchoatiua, reperiuntur etiam passiuia, quale est, gelo gelas, cuius inchoatiuum facile gelaasco, quod est incipio gelare. Item cian est, lenta lentas. Vnde Vergilius. Lentandus remus in unda. Ex hoc, inchoatiuum lentesco facit, ut idem Vergilius. Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. Eiusmodi figuratio parũ admittit ex se perfectum, nec conuenit admittere, ut aut possit aut debeat cum ceteris temporibus, per totam declinationem, uim incipiendi significare. Absurdum est ergo ea quae sunt inchoatiua, perfecto tempore definire et mox futurum declinando, inchoatiua esse demonstrare. Nec enim potest, cum tota uerbi species inchoatiua dicatur, aliqua parte finitiua uideri, ut perfectum admittat. Nec enim palleosciui, horresciui dicimus. Per aliam tamen transfigurationem, haec uerba quidam declinare consueuerunt, ut palleasco, pallefactus sum, liqueasco liquefactus sum. Quãuis quidã in perfectũ inchoatiui uenerint, modo primitiui ut horresco horruui, ex eo quod est horreo. Nec tamen omnia inchoatiua habent primam positionem. Albescio enim nõ habet albo, licet figuranter Vergilius, Campiq; ingentes ossibus albẽt. Item putresco, grandeasco, syluesco, uila



DIOMEDIS GRAM.

sco, brutefco, iuuenefco. Non enim habet iuueneco. Nam senefco & seneco, apud antiquos dicebatur. Vnde & Catullus. Nunc recondita senet quiete. Deducuntur item inchoatiua à neutris uerbis, et appellationibus. Ex uerbis, ut caleo calefco, deliteo, delitefco, frōdeo, frondefco, floreo, floresco. Et sunt hæc, quæ à perfectâ forma ueniunt. Sunt item quæ originem sui non habent, ut consuefco, cōquiefco. Sunt quoq; alia inchoatiuis similia, quæ inchoatiua non esse temporum consideratione pernoscinus, ut compefco compefcoi. Ex appellationibus quoq; sic. Ex agro, est egrefcit. Ex igne ignefcit. Ex flamma flāmescit. Ex dumis dumefcit. Ex herba herbefcit. Sed hæc, quæ de appellatiuis deriuantur, perfectâ non habent omnino. Errant pleriq; qui dignoscere quærunt, iteratiua ab inchoatiuis. Quædam enim sunt, quæ utranq; speciem admittunt, hiatare iteratiuum, inchoatiuum hiscere, principale eorum, est hio. Item lapsor iteratiuum, inchoatiuum labafco, principale eorū labor. Error igitur hoc modo corrigitur. Cuiuscūq; fuerint ordinis uerba, in figuram inchoatiuam collata, erunt cōiugationis duntaxat tertiæ. Iteratiuam uero cum admittunt speciem, erunt ordinis tantūmodo primi. Hactenus de inchoatiuis, deinceps de iteratiuis.

De labafco  
secus aliq;  
quod et syl-  
bæ quãtitas  
docet.

Iteratiua siue frequentatiua est uerborum qualitas, quæ assiduam in agendo uim habet, unde et appellationem subit, quoniam frequenter agendi iterat affectum, uelut merso mersas, id est, sepius mergo. Item exerceo et exerceor, perfectū exercui et exercitus sum dicimus.

Hoc



Hoc iteratur hoc pacto, exercito et exercitavi, id est, assidue exerceo. Item exercitor exercitatus sum, id est, assidue exerceor. Item habeo et habito dicimus, ut apud Nævium in Dementibus, Animæ paucillulum in me habitat. Item, adeo adis. Hoc iteramus, adito aditas dicitur ates. Item in eo imis, et imito dicimus, ut Pacuvius in Antiope, Loca horrida imitas. Similiter halare et halitare. Ennius, Illustris sublime iter quadrupedantes flammans halitantes. Hietare et hiatare ueteres dixerunt. Plautus, Si qua forte contio est, ubi cum hietare nondum in mentem uenit. Cn. Atticus XX. Iliados. Ille hiatans herbam moribundum ore. Itē Cælius, Sequere me tuque mihi oscitas hietansque restas. Laberius etiā in Tauro, passiuo modo enunciauit, Hietantur fores, pro eo quod est hietant, id est, patent. Sunt quedam iteratiuorum iteratiua, et sepe in tres gradus deducuntur uerba, quale est uideo uisito (et quod est plus) uisito. Item curro, deinde curso et (quod est plus) cursito. Et hæc uerba cuiuscunque sint coniugationis, cum iteratiua fuerint, primæ erunt coniugationis, excepto uisito, quod ipsum plena tamen iteratione, in ordinem primum confertur, ut uisito, uisitas. Item in duos tantum sepe gradus deducunt declinationem, ut uolo, uolito. Sunt qui etiam frequentatiua, de nomine uenientia, ut patriſſat, græciſſat. Sunt item diminutiua à forma perfecta, ut sorbillo. Sunt sine origine perfecta formæ, ut pitiſſo, uacillo. Hæc autem iterantur, que de corem et sermonis figuram subire possunt.

Meditatiua est uerborum forma, qua non actus, sed ap

## DIOMEDIS GRAM.

paratus ostenditur, ut parturio, lecturio, maturio, esurio. Transgressiua uerba sunt, quæ formã suam, id est, primæ regulæ declinationem seruare non possunt. Tempore enim præterito pfecto, specie tam absoluta quàm exacta, transcunt in formam passiuorum & deponentium, quæ quidam idco mixta appellauerunt. Sic ab eo quod est audco, ausus sum, es, est. Item in exacta specie, ausus eram, eras, erat. Item gaudeo, et similia.

Defectiua uerborum species est, cum in declinatione uerba deficiunt, nec habent aut omnia tempora, aut oēs numeros, aut omnes personas, aut modos. Hæc in i uocalem exeunt, ut odi, coepi, memini, quæ omnia præsens tempus non habent, nec futurum. Dicimus enim, odi, oderã. Item cedo, quod non habet nisi secundam personã presentis temporis imperatiui modi. Ambigua uerba dicuntur, quæ o litera terminata, et actiua possunt esse et neutralia, pro significatiõe dicentis, ut ludo. Si enim significat ludo, exerceo ludum, erit neutrale, ut apud Vergi. Ludere quæ uellem calamo permisit agresti. Si autẽ significat deludo, derideo, erit actiuũ, ut ludo illum, et ludor ab illis, ut apud Terentium: Non ludis tu me?

### Q V I B V S L I T E

ris uerba terminentur.

Verborũ quinq; literæ terminales modo i dicatiuo

Oia uerba, indicatiuo modo, literis quinq; finiuntur, o ut mi. O, ut ludo, R, ut ludor. T, ut pudet. M, ut sum, & quæ ex eo componuntur, ut possum, adsum. I, ut noui.

### D E C O N I U G A T I

onibus uerborum.

Con

Coniugationes uerborum sunt tres. Prima est, quæ in  
 dicatiuo modo, tempore presentis, numero singulari, si  
 gura simplici, persona prima, uerbo actiuo et neutrali,  
 aut o litera nulla alia precedente uocali terminatur, ut  
 amo: aut e & o, ut beo, meo: aut i & o, ut calcio: aut u &  
 o, ut adiuuo. Eadem indicatiuo modo, tempore presentis  
 secunda persona, numero singulari, a producta et s lite  
 ris terminatur. Passiui quoq; coniugatio prima est, quæ  
 pronuntiatiuo modo, tempore presentis, numero singu  
 lari, secunda persona, a litera productam habet ante no  
 uissimam syllabam, ut laudaris. Secunda est, quæ eodem  
 modo, & tempore, & numero, secunda persona, uerbo  
 actiuo & neutrali e producta ante nouissimam s ter  
 minatur, ut doceo doces. Huius autem coniugationis  
 semper secunda persona, una deterior est syllaba, ut  
 doceo, doces, sedeo, sedes. Hæc enim ut superior, futu  
 ro tempore, pronuntiatiuo modo, numero singulari,  
 persona prima, bo syllaba finitur, laudabo, docebo. Se  
 cunda quoque coniugatio passiui uerbi, eodem modo,  
 tempore, numero & persona, e literam productam iux  
 ta nouissimam syllabam habet, ut moneor moneris. In  
 utraque coniugatione, pronuntiatiuo modo, futuro tem  
 pore, prima persona, per bor syllabam finitur, ut mone  
 bor, laudabor. Tertia est, quæ eodem modo, et tempo  
 re, & persona, & numero, i ante nouissimam s literam  
 terminatur interdum correpta, interdum producta. Cor  
 repta, ut dico, dicis. Producta, ut audio, audis. Hæc i su  
 am productam ubiq; custodit, correptam non item. Cor

Verborū cō  
 iugationes  
 tres.



DIOMEDIS GRAM.

repta autē an producta sit, facile perspicimus in indicatiuo modo, tempore presenti, numero plurali, prima uel secūda persona, ubi sine summa deformitate, aduersus naturam uerba corripī uel produci non possunt, ut legimus, legitis, audimus, auditis. Et utraq; tam producta quā correpta, futuro tempore, pronuntiatiuo modo, numero singulari, persona prima, per am syllabam finitur, ut audiam, dicam. In his tamen duntaxat fallit, quę cum tertię sint, secundę cōiugationis formulam, in prima persona seruant, habentq; ante o, e penultimam correptam literam, ut eo is ibo, queo quis quibo. Tertia coniugatio passiui uerbi, ita duplex est, ut pronuntiatiuo modo, tempore presenti, numero singulari, persona secunda, aut i productam literam iuxta nouissimā syllabam habeat, ut nutrior, nutriris: aut e correptam, ut rapior raperis, legor legeris. Futura autē tempora, pronuntiatiuo modo, prima persona, per ar syllabam finiuntur, ut rapiar, nutriar, legar. Verba neutralia, ad coniugationum speciem, uerbum actiuum sequuntur. Deponentia et cōmunia passiuus coherent. Quędam extra has. Nonnulla enim neutralia actiuū non sequuntur. Ex his ipsis uerba anomala uarie declinari necesse est, quę deiceps ostenduntur. Primę cōiugationis uerba, promissiui modo, adiecta ad imperatiuū modum bo syllaba terminantur, ut amabo, cantabo. Primę coniugationis uerba, infinitiui modo siue perpetuo, ad imperatiuū modū adiecta re syllaba terminantur, ut ama amare, canta cantare. In indicatiuo modo, tempore imperfecto, specie in-

cho-



choatiua, adiecta ad imperatiuū modum bam syllaba, terminatur: ut ama, amabā. Item indicatiuo modo, tempore perfecto, specie absoluta, adiecta ad imperatiuum modum ui syllaba, terminatur. Sed cōsuetudo saepe breuitatem appetens, a literam subtrahit, et i ab u disiūgit, ut tono tonui, intono intonui. Item indicatiuo modo, tempore praterito plusquamperfecto, specie exacta, adiectis ad imperatiuū modum, ueram syllabis, terminantur, ut ama ueram. Secundæ coniugationis uerba, indicatiuo modo, tempore presentis, prima persona, e litera ante o terminantur, ut sedeo maneo. Excepto uno uerbo, et ijs que ex eo composita sunt, que secundum tertium ordinem declinantur, eo, ueneo. Item imperatiuo modo tempore presentis, secunda persona, e litera producta terminantur, ut sedeo sede, moneo mone. Item promissiui modo, adiecta ad imperatiuū modū bo syllaba, terminantur, ut sede, sedebo. Item infinitiui, adiecta ad imperatiuum re syllaba, manente productione, terminantur, ut mane manere, sede sedere. Item indicatiuo modo, tempore praterito perfecto, specie absoluta, interdum retinent formā gnīs sui, ut uideo uidi, moneo monui. Interdū regulæ formam non seruāt, sed potius consuetudini, uel euphoniæ, quàm rationi succumbunt. Resoluuntur enim in formam passiuorum & deponentium. Sic fit enim ab eo quod est audeo, ausus sum, es est. In exacta specie, ausus eram, eras, erat. Item indicatiuo modo, tempore praterito imperfecto, specie inchoatiua, adiecta ad imperatiuum modum bam syllaba, terminantur, ut

DIOMEDIS GRAM.

sede sedebam. Sunt quædam uerba, in quibus imperatiuum modum declinamus, in secunda duntaxat persona, singulariter et pluraliter. Item infinitiuo modo, presentis temporis. Sūt autem hæc duo. Imperatiuo modo, aue, salue. Et pluraliter auete, saluete. Item infinitiuo modo, presentis temporis, auere, saluere. Ut, uolo et uos et illos similiter saluere. Habet hoc uerbum et aduerbiu, cum dicimus, saluè.

Saluè aduerbio usus est Apule. ap. logia prima: Interroga, iquit, maxime quatuordecim seruos, quos exhibem. Thal lus puer ubi sit, et quam saluè agat.

Tertiæ cōiugatiōis correptæ uerba, indicatiuo modo, tēpore presentis, prima psona, o litera, nulla alia præcedente uocali terminatur. (Quam nonnulli postremam uocalem corripere oportere censent, ueluti dico, lego, et his similia: sed cur ita facere oporteat, aut quare nō, et an in cæteris ordinibus idem sit obseruandum, in animū inducere nequeo). Aut io, ut rapio facio. Aut uo, ut induo, irruo. Itē quæ indicatiuo modo, tempore presentis, prima psona aut o litera, nulla alia præcedente uocali, aut io terminantur, ea imperatiuo modo, tēpore presentis, persona secunda, e litera, præcedente consonante, terminantur, ut lego lege, peto pete, rapio rape, facio face. Sed admonendum fuit, consuetudine in his tribus uerbis, non seruari regulam, quæ sunt duco, dico, facio. Sic enim dicitur, dic, duc, fac. Quæ uero uo terminantur, in imperatiuo modo suam formam retinebūt, ut induo, indue, irruo irruue. Item promissiui modo am syllaba terminantur, præcedente aut cōsonante primæ positionis, aut uocali, ut lego legam, peto petam, rapio rapiam, facio faciam, induo induam. Item infinitiuo modo, adie-

adiecta ad imperatiuum re syllaba terminantur, ut lege, legere, pete, petere, rape, rapere. Itē indicatiuo modo, tēpore präterito, specie absoluta & exacta, formæ regulam non seruant, sed potius consuetudine declinantur. Fit enim ab eo quod est lego, legi, legeram, rego, rexi, rexeram, pungo, pupugi, pupugeram, expungo, expunxi, expunxeram, induo, indui indueram. Item indicatiuo modo, tempore präterito imperfecto, specie inchoatiua, adiecta ad imperatiuum hanc syllaba terminantur, præcedēte consonāte primæ positionis, aut uocali, ut lege legebam, rape rapiebam, indue induebā. Omnia autem imperatiua tertiæ coniugationis correptæ, secūda persona, temporis instantis, per e literam terminantur. Excipiuntur hæc tria duntaxat, facio, fac, dico, dic, duco, duc, & q̄ ab his sunt, Dico, addico, addic, prædico, prædic, indico, indic. Duco, adduco, adduc, perduco, perduc, seduco, seduc. Sed facio, quod subnotauimus, si præpositionem acceperit, ad regulā uenit, ut inficio, infice, efficio, effice, cōficio, cōfice. Sed apud ueteres salua est regula, qui dixerunt, face, dice, duce, non minus apud Vergiliū antiquitatis amantē. Tu Voluse armari Volsorū edice manipulis. Ratiōe et cōpetēte analogia, et cōsuetudine cruditorū. Quoniā imperatiua in omni uerbo, omniq; ordine, ex secūda persona finitiua deriuantur, amissa semiuocali litera, ueluti nuntio nuntias, nuntia, moneo, mones, mone, munio, munus, muni. Vnde & eundē accentum seruare debent, qui est in secūda persona, ut producātur. In tertio uero ordine i correptū, in e



DIOMEDIS GRAM.

corruptam uertitur, et fiunt imperatiua lego legis lege. Ita ergo et dico, dicis, dice, facio, facis, face debet declinari, ut duco, ducis, duce, et ita positum apud ueteres reperitur. Præterea in omni ordine, re syllaba, adiecta imperatiuis, fiunt infinitiua, ut dictum est. Quasi amare, mone monere, muni munire. Item in tertio ordine corrupto, scribe scribere. Itaq; nisi dice, duce, face declinatur, ducere, dicere, facere, infinitiuum esse nõ potest. Præterea id obseruandum fuit, quod ferè in tertio ordine plerunq; ueteres in tertia persona finitiua, temporis perfecti, numeri pluralis, e mediã uocalem corripunt, quasi legerunt, emerunt, et similia. Vt apud Ter. in prologo Eunuuchi, Postquã ædiles emerunt. Tertiæ coniugationis productæ uerba, indicatiuo modo, tempore præsentis, prima persona, aut e et o literis terminantur, ut adeo adis, prodeco prodis, aut i et o, ut audio audis, nutrio nutris. Item tertiæ coniugationis productæ uerba, imperatiuo modo, tempore præsentis, secunda persona, i producta terminantur, ut adeo adi, nutrio nutri. Itẽ quæ indicatiuo modo, tempore præsentis, prima persona habuerint ante o, eadem promissiuo modo, ad imperatiuũ adiecta ho syllaba terminantur, ut adeo, adi, adibo, prodeco, prodi, prodibo. Quæ uero io, eadẽ promissiuo modo, am syllaba terminantur, ut audio, audi, audiam, nutrio, nutri, nutriam. Item infinitiuo modo adiecta ad imperatiuum re syllaba terminantur, ut adi adire, prodi, prodire, nutri nutrire. Item indicatiuo modo, tempore præterito perfecti, specie absoluta, adiecta ad impera-



tiuum ui syllaba terminantur, adi adiui, prodi prodiui, nutri nutriui. Sed tamen consuetudo breuitatem appetens, u literam subtrahit, et i ultimam geminat, ut adij, prodij, nutrij. Item quæ indicatiuo modo tempore præfenti, prima persona, e, o, literis terminantur, eadem in dicatiuo modo, tempore præterito, specie ichoatiua, adiecta ad imperatiuum syllaba terminatur, ut adeo adibam, prodeo prodibam. Quæ uero io, eadem e prope ultima syllaba producta dicuntur, ut audio audiebã, nutrio nutriebam. Sed ueteres hæc sine e litera pronuntiant, nutribam dicentes, ut apud Vergil. Nutribant Tyrrhusq; pater et c. pro nutriebant. Item indicatiuo modo, tempore præterito plusq; perfecto, specie exacta, adiectis ad imperatiuum, ueram syllabis terminantur, ut adi, adiueram, nutri nutriueram. Sed tamen in omnibus consuetudo euphoniã captã, u literam subtrahit, et i corripit, ut audieram, nutrieram.

## DE FORMATIONE

quorundam temporum.

Omnium uerborum, quæ o litera terminantur, coniugatio etiam ab optatiuo modo, et cõiunctiuo, tempore præfenti duntaxat colligitur. Nã si prima est coniugatio, optatiuum et subiunctiuũ in em syllabam terminatiũ similiter debet habere, sicut est utinã amem uel cum amem. Quod si secunda coniugatio fuerit optatiuo similiter et subiunctiuo am terminatur, ut utinam teneã, uel cum teneam. Tertia uero eodem modo et tempore, in rem terminare debet, ut est, utinam uel cum legerẽ.

Nam

## DIOMEDIS GRAM.

Nam in omni uerbo actiuo & neutrali, optatiuo & cōiunctiuo modo, tempus præteritum perfectum, in rim exire debet, Plusquamperfectū in sem, sed similiter ut in prima cōiugatione, utinā amauerim, & utinā amauissem. Item in secunda, utinam monuerim monuissem, uel, cum monuerim monuissem. Pari modo & tertia, utinam legerim, utinam legissem. Et cum legerim, cum legissem: Ab his uerbis o litera terminatis, infinitiuus modus, tempore præsentis, exire debet in re. Perfectū eius in se. Futurū in ire, ut est legere, legisse, lectum ire.

Verba que or syllaba terminantur, indicatiui modi, præteritum imperfectum in bar debent mittere, perfectum in sum, plusquamperfectum in eram, ut legebar, lectus sum, lectus eram. Ab optatiuo uero et coniunctiuo, præteritum imperfectum in ver debent mittere, perfectum in sim, plusquamperfectum in sem, ut legerer, lectus sim, lectus esse. Ab his infinitus modus, tēpore præsentis, i debet litera terminari. Præteritum esse. Futurū iri. Ut legi, lectum esse, lectum iri.

### A M O Q U O M O D O

cōiugatur & eius passiuū amor.

Amor uerbum absolutum, finitum, actiuum, figuræ simplicis, numeri singularis, modi indicatiui, temporis præsentis, personæ primæ, cōiugationis primæ quod declinabitur sic. Modo indicatiuo tempore præsentis. Amo amas, amat. Et plura, amamus amatis, amant. Eodē mō, tempore præterito imperfecto, specie inchoatiua, amaban, amabas, amabat. Et plu, amabamus, amabatis, amabant.

bant. Eodem modo, præterito perfecto, specie absoluta, amavi, amavisti, amavit. Pluraliter, amavimus, amavistis uel amavistis, amaverunt uel amavere. Eodem modo tempore præterito plusquamperfecto, specie recordatiua, amaveram, uel amaram, amaveras uel amaras, amaverat uel amarat. Et plu. amaveramus uel amaramus, amaveratis uel amaratis, amaverant uel amarant. Futuro tempore, eodem modo amabo amabis amabit. Et pluraliter, amabimus, amabitis, amabunt.

Modo imperatiuo, tempore præsentis, ad secundam et tertiam personam, ama amet. Pluraliter, amamus, amate, amēt. Quidam putant amemus imperatiuum esse pluralem, et primam personam, quod nos hortatiuum appellamus. Eodem modo tempore futuro, amato tu, amato ille. Et pluraliter, amemus amatote, amanto uel amantote. Modo optatiuo, tempore præsentis, et præterito imperfecto, specie inchoatiua, utinam amarem, amares, amaret. Et pluraliter, utinam amaremus, amaretis, amarent. Eodem modo, tempore præterito perfecto, specie absoluta, utinam amaverim, amaveris, amaverit. Plu. utinam amaverimus, amaveritis, amaverint. Eodem modo, præterito plusquamperfecto, specie recordatiua, utinam amavissem, amavisses, amavisset. Pluraliter, utinam amavissemus, amavissetis, amavissent. Eodem modo, tempore futuro, utinam amem, ames, amet. Et pluraliter, utinam amemus, ametis, amēt. Modo coniunctiui, tempore præsentis, cum amem, ames, amet. Et pluraliter, cum amemus, ametis amēt. Eodem modo tempore præterito im-



DIOMEDIS GRAM.

perfecto, cum amarem, amares, amaret. Pluraliter, cum amaremus, amaretis, amaret. Præterito perfecto, specie absoluta, cum amaui, amaui, amaui. Et pluraliter, cum amaui, amaui, amaui. Eodem modo, tempore præterito plusquamperfecto, specie recordatiua, cum amaui, amaui, amaui. Et pluraliter, cum amaui, amaui, amaui. Eodem modo, tempore futuro, cum amaui, amaui, amaui. Et pluraliter, cum amaui, amaui, amaui. Modo imperfecto, qui est infinitiuus, sine numeris et personis tempore præsentis, amare. Præterito, amasse uel amaui. Futuro amatum ire uel amatum esse. Modo impersonali, tempore præsentis, amatur. Imperfecto, amabatur. Perfecto, amatum est uel fuit. Plusquamperfecto, amatum erat uel fuerat. Futuro, amabitur. Modo participiali, amandi, amando, amandum, amatum, amatum. Hæc gerundia sunt apud quosdam, quæ Probus supina appellat. Participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo duo, præsentis temporis, et futuri. Præsentis, ut hic et hæc et hoc amans. Futuri, ut hic amaturus, hæc amatura, hoc amaturum. Notandum in hac tamen coniugatione, quod tertia eius persona finitiua, temporis perfecti, numeri pluralis sæpe collidit unam syllabam, breuitatis causa. Et hoc sæpe in alio non admittitur ordine, quasi amarunt appellantur. Amplius solet sæpe in hoc ordine, tempore perfecto, coniunctiuo, tam singulari quam plurali, demi syllaba, cum dicunt ueteres, cum amarim, amarim, amarim. Pluraliter, cum amarimus, amarimus, amarimus. Pro eo sanè quod est



est cum amauerim, amaueris, amauerit &c. In hac coniugatione, secundam personam per as obseruabis, ut amo, amas. In futuro primam personam in bo, ut amabo. Imperatiuo modo, ultimam habet, detracta s ama. Cui appones re in infinitiuo, ut amare.

Amor uerbum finitiuum absolutum, figuræ simplicis, numeri singularis, modi indicatiui, temporis presentis, personæ primæ. Modo indicatiui, tempore presentis, amor, amaris, amatur. Pluraliter, amamur, amamini, amantur. Eodem modo, præterito imperfecto, specie inchoatiua, amabar, amabaris, amabatur. Pluraliter, amabamur, amabanini, amabantur. Eodem modo, tempore præterito perfecto, amatus sum es est. Pluraliter amati suus estis sunt. Vltiore modo, amatus fui fuisti fuist. Pluraliter amati fuimus fuistis fuerunt uel fuere. Eodem modo, præterito plusquamperfecto, amatus eram eras erat. Pluraliter, amati eramus eratis erant. Vltiore modo, amatus fueram fueras fuerat. Pluraliter, amati fueramus fueratis fuerant. Eodem modo, tempore futuro, amabor, amaberis uel amabere, amabitur. Plural. amabimur, amabimini, amabuntur.

Modo imperatiuo, tempore presentis, ad secundam & tertiam personam, amare ametur. Plura. amemur, amamini, amentur. Futuro amator tu, amator ille. Pluraliter, amemur amaminor amantor. Modo optatiuo, tempore presentis, & præterito imperfecto, utinam amarer, amareris uel amarere, amaretur. Pluraliter, utinam amaremur, amaremini, amarentur. Eodem modo, tempore

DIOMEDIS GRAM.

præterito perfecto, utinam amatus sim sis sit. Pluraliter, utinam amati simus sitis sint. Vltiore modo, utinam amatus fuerim fueris fuerit. Pluraliter, utinam amati fuerimus fueritis fuerint. Eodem modo, tempore præterito plusquamperfecto, utinam amatus essem eses esset. Pluraliter, utinam amati essemus esetis essent. Vltiore modo, utinam amatus fuisset. Pluraliter, utinam amati fuissetis. Et cætera. Eodem modo, tempore futuro, utinam amer ameris uel amerc, ametur. Pl. utinam amemur amenimini amentur. Modo cõiunctiuo, tempore præsentis, cum amer ameris uel amerc, ametur. Pl. cum amemur amenimini amentur. Eodem modo, tempore præterito imperfecto, specie inchoatiua, cum amarer etc. Eodem modo, tempore præterito perfecto, specie absoluta, cum amatus sim. Vltiore modo, cum amatus fuerim. Eodem modo, tempore præterito plusquamperfecto, specie recordatiua, cum amatus essem. Vltiore modo, cum amatus fuisset etc. Eodem modo, tempore futuro, cum amatus ero. Vltiore modo, cum amatus fuero.

Modo perpetuo, qui est infinitiuus, sine numeris et personis, tempore præsentis, amari. Præterito, amatum esse uel fuisse. Futuro, amatum iri, uel amandum esse.

Modo impersonali amatur. præterito imperfecto, amabatur. præterito perfecto, amatum est uel fuit. præterito plusquamperfecto, amatum erat uel fuerat. Futuro, amabitur. Modo participiali, amandi amando amandum, amatum amatu. Sed apud quosdam hæc gerundia sunt, quæ Proculus supina appellat. Participia trahuntur ab hoc uerbo

passi

passiuo duo, præteriti temporis & futuri: præteriti, hic amatus: futuri, hic amandus. Actiui uerbi regulam neutrale uerbū sequitur: passiuī, cōmune & deponens.

DOCEO QVOMODO CON  
iugatur & eius passiuum doceor.

Doceo uerbum absolutum, indicatiuo modo dictum, significationis actiue, coniugationis secundæ, numeri singularis, figuræ simplicis, temporis instantis, personæ primæ, quod declinabitur sic: Doceo, docebam, docui, docueram, docebo. Imperatiuo modo tempore præsentis, ad secundam & tertiam personam, doce, doceat. Pluraliter, doceamus docete doceant. Futuro, doceto tu doceto ille. Pluralit. doceamus docetote docento. Optatiuo modo, tempore præsentis, & præterito imperfecto, utinam docerem, docuerim, docuissem, doceam. Coniunctiuo modo, tempore præsentis, cum doceam, docerem, docuerim, docuissem, docuero. Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore præsentis, docere, docuisse, doctum ire. Participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo duo, præsentis temporis & futuri: præsentis, docēs: futuri, docturus. In hac coniugatione obseruabimus participia. Cū enim cæterarū coniugationū serè pares uerbis habeant syllabas, hic minus una syllaba declinant: Velut moneo monens, sedeo sedens, & similia. In hac coniugatione non est reperire uerbū, in postrema parte geminari, sed à prima tantū, quale est mordeo, momordi. Quare errant, qui dicunt prandeo prandidi.

Doceor uerbum absolutum, indicatiuo modo dictum,

DIOMEDIS GRAM.

significationis passivæ, coniugationis secundæ, numeri singularis, figuræ simplicis, temporis instâtis, personæ primæ, quod declinabit sic: Doc eor, docebar, doctus sum doctus fui, doctus eram, doctus fueram, docebor. Imperatiuo modo, ad secundam & tertiam personam, docere, doceatur. pluraliter doceamur, doceamini, doceant. Futuro, docetor tu, docetor ille. plural. doceamur, doceamini, docetor. Optatiuo modo, tempore præsentis, præterito imperfecto, utinam docerer, &c. Eodem modo, tempore præterito perfecto & plusquâperfecto, utinam doctus essem. et ulteriore, doctus fuissè. Eodè mō, tēpore futuro, utinam decear. Coniunctiuo mō, tēpore præsentis, cū docear, docerer, doctus sim uel fuerim, doctus es sè uel fuissè. Futuro, cū doctus ero. Et ulteriore, cū doctus fuero. Infinitiuo modo, sine numeris et personis, tēpore præsentis, doceri. Præterito, doctum esse. Futuro, doctū iri. Gerundia uel participialia, docendi, docendo, docendum, doctum, doctū. Participia trahuntur ab hoc uerbo passiuo duo, præteriti temporis et futuri. Præteriti doctus, Futuri docendus.

AVDIO QVOMODO CONIVGATUR ET PASSIVUM CIUS AUDIOR.

Audio et audior, uerba absoluta, indicatiuo modo dicta, significationis actiue et passivæ, coniugationis tertie productæ, numeri singularis, temporis instâtis, que declinabuntur sic. Audio et passivæ audior. Audiebam, passivæ audiebar. Audij et audiui, passivæ auditus sum, auditus fui. Audieram et audiuerā, passivæ auditus erā audi



LIBER PRIMVS.

auditus fueram. Audiam et audiar. Imperatiuo modo, tē-  
 pore presentis, ad secundam et tertiam personam, audi,  
 audiat. Pluraliter, audiamus, audite, audiant. Et passiuē,  
 audire, audiatur. Pluraliter audiamur, audimini, audiatur.  
 Futuro, audito tu audito ille. Pluraliter, audiamus,  
 auditote, audiunto uel audiuntote. Et passiuē, auditor tu,  
 auditor ille. Pluraliter, audiamur, audiminor, audiūtor.  
 Optatiuo modo, tempore presentis, et praterito imper-  
 fecto, utinam audirem, et in passiuo, audirer. Perfecto  
 & plusquamperfecto, audissem uel audiuissem. Et in pas-  
 siuo, auditus esse uel fuisse. Futuro, utinā audia. Et i pas-  
 siuo audiar. Coniunctiuo modo, tempore presentis, cum  
 audirem. Et in passiuo, cum audirer. Perfecto cum au-  
 dierim, et ueteres audierim. Passiuē cū auditus sim et  
 fuerim. Plusquamperfecto, cum audissem et audiuissem.  
 Passiuē cum auditus essem uel fuisset. Futuro cū audie-  
 ro et audiero. Passiuē cū auditus ero uel fuero. Infiniti-  
 uo modo, sine maneris et personis, audire. Passiuē, audi-  
 ri. Praterito, audisse uel audiuisse. Passiuē, auditum esse  
 uel fuisse. Futuro, auditum ire. Passiuē auditum iri. Imp-  
 sonali modo, auditur, audiebatur, auditū est, auditū fu-  
 it, auditū erat, auditū fuerat, audietur. Gerūdia uel par-  
 ticipialia, audiendi, audiendo, audiendum, auditum, au-  
 ditu. Participia trahuntur ab his uerbis quatuor, ab acti-  
 uo duo, presentis temporis, et futuri. Presentis tēporis,  
 ut audiens. Futuri, ut auditurus. Et à passiuo duo, prate-  
 riti, ut auditus. Futuri, ut audiendus.

LEGO QVOMO

f 3 do

## DIOMEDIS GRAM.

do coniugatur & passiuum eius legor.

Lego, legor, uerba absoluta, indicatiuo modo dicta significationis actiuae & passiuae, cōiugationis tertiæ correptæ, numeri singularis, figuræ simplicis, temporis instantis, personæ primæ, quæ declinabuntur sic: Lego, legor. Imperfecto, legebā, legebar. Perfecto, legi, lectus sum uel fui. Plusquamperfecto, legeram, lectus eram uel fueram. Futuro, legam, legar. Imperatiuo modo tempore præsentis, ad secundam & tertiam personam, lege, legat. Et pluraliter, legamus legite legant. Et in passiuo, legere legatur. Et plurali, legamur legimini legantur. Futuro, legito tu legito ille. Et pluraliter, legamur legitote legant, uel legunto. Et in passiuo, legitor legitor. Et pl. legamur legimur leguntur. Optatiuo modo, tempore præsentis et præterito imperfecto, utinam legerem, legerer. Perfecto & plusquamperfecto, legiſſe, & lectus essem uel fuiſſe. Futuro utinā legā, legar. Coniunctiuo modo, tempore præsentis, cū legā, legar. Imperfecto, cū legerē, legerer. Perfecto, cū legerim, lectus sim & fuerim. Plusquamperfecto, cū legiſſe, lectus essem uel fuiſſe. Futuro, cum legero, lectus ero uel fuero. Infinitiuo modo, tempore præsentis, legere, legi. Præterito, legiſſe, lectū esse uel fuiſſe. Futuro, lectum ire, & lectum iri. Impersonali modo, legitur, legebatur, lectum est & fuit, lectum erat et fuerat, legetur. Gerundia uel participialia, legendi, legēdo, legendum, lectum & lectu. Participia trahuntur ab his uerbis quatuor: actiua duo, præsentis temporis & futuri, legens & lecturus: passiuæ duo, lectus & legendus.

us. In tertia coniugatione correpta, nonnulli censent, uerba prima positione postrema uocalem literam corripere oportere, ueluti dico, lego, & his similia. Cur id facere oporteat, aut quare non & in cæteris ordinibus sit obseruandum, nondum est inuenta ratio.

## G A U D E O Q U O

modo coniugatur.

Secundæ coniugationis, temporis instantis, gaudeo, plur. gaudemus. Gaudebam, plur. gaudebamus. Gausus sum es est, & sui fuisti fuit. plural. gauisi sumus fuimus, estis fuistis, sunt fuerunt. Eram fueram, eras fueras, erat fuerat. pluraliter, gauisi eramus fueramus, eratis fueratis, erant fuerant. Futuro, gaudebo. Modus imperatiuus, temporis instantis, gaude gaudeat. plu. gaudeamus gaudeo gaudeant. Futuro, gaudeto tu, gaudeto ille. plur. gaudeamus gaudetote gaudento.

Optatiuo modo temporis instantis, utinam gaudeam, gaudeamus. Præterito imperfecto, gauderem, gauderemus. Perfecto, gauisus sim sis sit, gauisus fuerim fueris fuerit, simus sitis sint, fuerimus fueritis fuerint. Plusquæperfecto, gauisus essem eses esset, fuisset fuisset fuisset, essemus essetis esset, fuisset fuisset fuisset. Futuro, utinam gaudeam, gaudeamus. Subiunctiua similiter declinantur tempore præsentis, et præterito: nam subiunctiuorum futurum est, cum gauisus erouel fuero, eris uel fueris, erit uel fuerit. Infinitiua instantis, gaudere. Præterito, gauisum esse uel fuisse. Futuro, gauisum ire, gauisurum esse, & gauisum iri. Participia



DIOMEDIS GRAM.

Secundum formam quidem actiuam, presentis et futuri:  
 secundū autē formā passiua, prateriti tantū. Instantis,  
 hic et hæc et hoc gaudēs. Futuri, gauisurus gauisura ga  
 uisurū. Prateriti, gauisus, gauisa, gauisum, et similia.

Soleo. Ordinis secūdi, Soleo solitus sum, sicut audeo ausus sum  
 Sed soleo futurū oīno nō habet, q̄a habet uim prateriti.

F I D O Q V O M O D O

coniugatur.

Fido. Tertiæ coniugationis, instantis, Fido fidis fident. Plura  
 liter, fidimus fidentis fidunt. Praterito imperfecto, fide  
 bam fidebas fidebat, &c. Perfecto, fisis sum es est, fui  
 fuisti fuit. Plura, fisis sumus estis sunt, fuimus fuistis fue  
 runt. Plusquamperfecto, fisis eram eras erat, fueram fis  
 eras fuerat. Plura, eramus eratis erant, fueramus fuerat  
 tis fuerant. Futuro, fidam fides fident. Plur, fidemus fide  
 tis fident. Imperatiuo instantis, fide fidat. Pluraliter, fi  
 damus fidite fidant. Futuro, fidito fidito. Et pluraliter,  
 fidamus fiditote fidunto. Optatiuo modo, instantis, uti  
 nam fidam fidas fidat. Plura, utinā fidamus fidatis fidāt  
 Imperfecto, fiderem fideres fideret. Perfecto, fisis sim  
 uel fuerim. Plusquamperfecto, fisis essem uel fuissē. Fu  
 turo, utinam fidam. Subiunctiuorum futurum, cum fisis  
 ero uel fuero. Infinitiuo instantis, fidere. Praterito, fi  
 sum esse uel fuisse. Futuro, fisum ire, fisure esse, & fi  
 sum iri. Participia actiua, instantis & futuri: passiua,  
 prateriti tantum. Instantis, ut hic et hæc et hoc fidens.  
 Futuri, fisure fisure fisure. Prateriti, fisis fisis fisisum.  
 Et quæ ab his, confido, diffido.

F I O



## LIBER PRIMVS.

## FIO QVOMODO

coniugatur.

Productæ cōiugationis, temporis instantis. Fio sis fit. Et pluraliter, simus fitis fiūt. Imperfecto, fiebam fiebas fiebat. Perfecto, factus sum et fui. Plusquamperfecto, factus eram et fueram. Futuro, fiam. Imperatiuo modo, fiat. Et pluraliter, fiamus site fiant. Futuro, fito tu fito ille. Et pluraliter, fiamus fitote et fiunto. Optatiuo instantis, utinam fiam fierem, factus sim uel fuerim, factus essem uel fuisset. Futuro utinam fiam. Subiunctiuui futurum, cum factus ero et fuero. Infinitiuo, instantis fieri. Præterito factum esse uel fuisse. Futuro factum iri. Participia actiua, instantis et futuri. Passiua, præteriti tantū. Instātis, ut hic et hæc et hoc fiens. Futuri facturus, factura, facturum. Præteriti, factus, facta, factum. Supina fiendi fiendo, fiendum. Et quæ ab hoc, patiesio, calesio, madesio, expergesio, mansuesio, liquefio, asuesio, arefio, et quæ fio terminantur. Infinitiuum hoc uerbum, quod est fio, per i facit, fieri, cum omnia uerba, actiua uoce prolata, in e faciant uelut amare, docere, munire.

## DE CONIUGATIONE VERBO

rum temporibus confusorum.

Verba temporibus confusa. Instantis temporis, meministi, meminit. Imperfecto memineram. Futuro, meminero. Imperatiuū instantis non habet. Futuro, memento. Plu. mementote. Optatiuo, instantis et imperfecto, utinā meminierim. Perfecto, meminierim. Plusquamperfecto, meminisset. Futuro meminierim. Subiū

f s etia

DIOMEDIS GRAM.

Et iui futurū meminero. Infinitiuo, præteriti temporis tantum, meminisse. Participia nō habet. Et cætera simili-  
liter. Noui, odi, pepigi, hæc tria ne imperatiuum quidē  
habent omnino, cum etiam in eo quod est Memini, futu-  
rum tantū sit, & hoc in secunda personā duntaxat. In  
ijs tamē uerbis, in quibus notauimus imperatiua defice-  
re, quæ sunt, noui, memini, pepigi, odi, coepi, grāmatica  
iudicat imperatiua hoc mō. Dicūt enim noīa imperatiua  
tribus modis intendi posse, ut dic, dicas, dixeris, & ita  
distingunt: dic, ex eo quod est regula solita, quam in  
declinatiōe obseruauimus: Dic as autem & dixeris, per  
defectionem, ut sit, fac dic as, fac dixeris. Quorū alterū  
est optatiuorum instans & futurū, idem item subiūcti-  
uorū instans, quod est dic as: alterum subiūctiuorū futu-  
rū, siue præteritū perfectū, quod est dixeris. Ergo impe-  
ratiua utiliter uerbis quæ præposuimus assignat, quæ nō  
habere notauimus: ut, memineris, qd' figuratur ita, fac  
memineris. Quod ipsum etiā in omnibus obseruari uer-  
bis potest, quāuis imperatiua habuerint sua: uelut, ames,  
ut sit, fac ames: et amaueris, ut sit, fac amaueris: simili-  
ter, fac doceas, fac docueris: fac uincas, fac uiceris: Item,  
munias munieris. Præponuntur autem imperatiuis alia  
multa, uelut rogo, peto, uolo, moneo, queso, hortor, fac,  
dic, id est, facias dicās.

DE DECLINATIONE VERBO-  
rum defectiuorū et anomalorum.

Declinationes eorum uerborum inseruimus, quæ uidē-  
tur etiā ipsa defectiua esse, et ambigūe declinari, Instā-  
tis,

tis, Volo uis uult. Volumus uultis uolunt. Imperfecto, uo-  
 lebam. Perfecto, uolui. Plusq̄ perfecto, uolueram. Futuro,  
 uolā. Imperatiuo instantis, fac uelis. Plu. uelimus, uelitis,  
 uelint. Futuro, uelito, uelit. Plu. uelimus, uelitote, uelint.  
 Optatiuo instantis, utinam uelim. Imperfecto, utinam uellem.  
 Perfecto uoluerim. Plusq̄ perfecto, uoluisse. Futuro, uelim.  
 Subiunctiuo futurum, cum uolero. Infinitiuo instantis & prateriti-  
 tatum: instantis uelle: prateriti, uoluisse. Participia instantis tantū,  
 hic & hæc et hoc uolēs. Similiter ut uolo, nolo. Quāq̄ etiā circa hæc  
 uerba, imperatiua similiter obseruare debemus secundā  
 annotationē præcedentē. Sūt qui ita dicunt. Optatiuo,  
 utinā malim, malis, malit. Vtinam, nolim, nolis, nohit.

## TOLLO QVOMODO CONIUG.

gatur & eius passiuum tollor.

Verbum actiuum finitum tertiæ coniugationis, tollo.  
 Perfecto, sustuli. Plusq̄ perfecto, sustuleram. Futuro, tollā.  
 Imperatiuo tolle, tollat. Pluraliter, tollamus, tollite, tollant.  
 Futuro, tollito, tollito. Optatiuo, utinam tollerē, tollerēs,  
 tollerēt. Praterito perfecto, sustulerim. Plusq̄ perfecto, sustulissē.  
 Futuro, tollam. Subiunctiuo, cū tollā. Futuro, sustulero.  
 Infinitiuo, tollere. Praterito, sustulisse. Futuro, sublatum ire  
 uel sublaturū esse. Participia, instantis, tollens: futuri,  
 sublaturus. Gerundia, tollendi tollendo tollendum.

Passiua declinatio ita tollor. Imperfecto, tollebar. Perfecto,  
 sublatu sum uel fui. Plusq̄ perfecto, sublatus eram uel fueram.  
 Futuro, tollar. Imperatiuo, tollere, tollatur.

Plura



## DIOMEDIS GRAM.

Pluraliter, tollamur tollimini, tollātur. Futuro tollitor, tollitor. etc. Optatiuo, utinam tollerer. Præterito perfecto, utinam sublatus sim uel fuerim. Præterito plusquã perfecto, sublatus essem uel fuisset. Futuro utinam tollar. Subiunctiuo, cum tollar. Futuro, cū sublatus ero uel fuero. Cætera ut in optatiuo. Infinitiuo, tolli. Perfecto, sublatus esse. Futuro, sublatum iri. Participia præteriti sublatus, Futuri tollendus. Supina, sublatus, sublatus.

Sum quomodo coniugatur.

Verbi corrupti alia declinatio, tēporis instātis. Sum es est. Imperfecto, eram. Perfecto fui. Plusquamperfecto, fueram. Futuro, ero. Imperatiuo instantis, es, uel sis, sit. Plur. simus este sint. Futuro, esto, esto. Plur. simus, esto te, et sunt. Optatiuo instantis temporis, sim, sis, sit. Imperfecto essem. Perfecto, fuerim. Plusquamperfecto, fuisset. Futuro, utinam sim. Subiunctiuo, cum sim. Futuro cum fuero. In cæteris, ut in optatiuo. Infinitiuo, instātis, esse. Perfecto, fuisse. Futuro, fore, futurum esse, et futurū ire. Participia futuri tantum, futurus. Et quæ ab eo composita sunt, ut possum, adsum, præsum, desum, absum, intersum, prosum, super sum. Sed ex his duo habent participia instantis etiã. Nã præsum præsens, absum absens, dicimus. Inter hæc, quæ cum uerbo cōponuntur hoc solum possum non potest uideri, facit enim perfectum patui, cuius denotationem inseruimus. Instantis. Possum, potes, potest. Possumus, potestis, possunt. Imperfecto poteram. Perfecto potui. Plusquamperfecto potuerã. Futuro potero. Imperatiuo, instantis, possis, possit. Pluralit.

pos



possimus, poteste, possint. Futuro, potesto, possit. Plura. potestote, possint, & possunto. Optatiuo, instantis posse sem, posses, potuerim, potuisse, possim. Subiunctiuo, cum possim, potuerim, potuisse. Futuro, cum potuero. Infinitiuo, instantis & prateriti tantum, futurum non habet. Instantis posse, Prateriti potuisse. Participia instantis tantum, futurum non habet. Instantis, hic & haec & hoc potens. Sed quidam dicunt, participia ne instantis quidem temporis habere. Nam potens nomen est.

Eo quomodo coniugatur.

Eo is it, pluraliter, imus itis eunt. Imperfecto ibam. Perfecto, ij, iisti, iit. Pluraliter, iumus iistis ierunt uel iere. Plusquamperfecto ieram. Futuro ibo. Imperatiuo, instantis, i, eat. plural. eamus ite eant. Futuro, ito eat. pluraliter. eamus, itote, eant et eunto. Optatiuo instantis, utinam eam, irem, ierim, iuissem. Eam. Subiunctiuo, cum eam. Futuro, cum iero. Infinitiuo instantis, ire et iturum esse. Participia instantis, hic & haec & hoc iens: Futuri, iturus. Et quae ab eo composita sunt, prodeco, ex eo, circumdeco, praedeo, ab eo, ex eo, indeo, ueneo, subdeco, addeco, nequeo, praedeo, transeco, praeterdeco, antedeo. Et euntem, prodeuntem, subeuntem dicimus, non prodientem, abientem, subientem: alioqui peccamus.

Verbum impersonale, itur à me, à te, ab illo, à nobis, à uobis, ab illis. Imperfecto, ibatur. Perfecto, itum est. Plusquamperfecto, itum erat. Futuro, ibitur. Imperatiuo instantis, eatur. Optatiuo instantis, utinam eatur. Imperfecto, iretur. Plusquamperfecto, itum esset uel fuisset. Futuro, eatur.

DIOMEDIS GRAM.

eatur. Subiunctiuo, instantis, cum eatur. Imperfecto, iretur. Perfecto, itum sit uel fuerit. Plusquamperfecto, itum esset uel fuisset. Futuro, itum erit uel fuerit. Infinitiuo, temporis instantis, iri. Perfecto, itum esse. Futuro, itum iri. Participia non habet.

FERO Q VOMODO CONIVGA

tur et eius passiuum.

Verbum corruptum actiuum, instantis temporis. Fero fers fert. Et pluraliter, ferimus fertis ferūt. Imperfecto, ferebam ferebas ferebat. Perfecto, tuli. Plusquamperfecto, tuleram. Futuro, feram. Imperatiuo, instantis, fer ferat. Et pluraliter, feramus ferte ferant. Futuro, fertot tu, fertot ille. Et plural. feramus fertote ferant et ferūt. Optatiuo, instantis, & praterito imperfecto, ferrem. Perfecto, tulerim. Plusquamperfecto, tulissem. Futuro, feram. Subiunctiuo, Futurum, cum tulero. Infinitiuo instantis, ferre. Praterito perfecto, tulisse. Futuro, latum ire et laturum esse. Impersonali instantis, fertur. Imperfecto, ferebatur. Perfecto, latum est uel fuit. Plusquamperfecto, latumerat & fuerat. Futuro, feretur. Gerundia, ferendi ferendo ferendum, latum latu. Participia, instantis temporis, hic et hæc et hoc ferens. Futuri, laturus. Etque ab eo composita sunt, defero, affero, profero, praefero, cffero, disfero, confero, antefero, aufero, infero, suffero.

Passiuum feror, ferris, fertur. Et pluraliter, ferimur, ferimini, feruntur. Imperfecto, ferebar. Perfecto, latus sum uel fui. Plusquamperfecto, latus eram et fueram.

Futu

Futuro, ferar, fereris. Imperatiuo modo, temporis instā-  
tis, ferre feratur. Futuro, fertor. Optatiuouinā ferer.  
Perfecto, latus sim uel fuerim. Plusquāperfecto, latus esse  
& fuissē. Futuro, utinam ferar. Subiunctiuo, cū ferar.  
Futuro, cū latus ero et fuero. Infinitiuo, ferri. Perfecto,  
latus esse. Futuro, latū iri. Participia prateriti, latus.  
Futuri, ferendus. Supina, latus latu.

## EDO QVOMODO CONIVGA-

tur et eius passiuum edor.

Edo, es, est. Et pluraliter, edimus, estis, edunt. Edebā.  
Edi, edisti, edit. Ederam, edam. Imperatiuo, ede, edat.  
Et pluraliter, edamus este edant. Futuro, esto tu, esto il-  
le, uel edat. Et pluraliter, edamus estote edant, uel edunt.  
to. Veteres, ede, edat. Et pluraliter, edamus edite edāt.  
Futuro, edito edat. Et pluraliter, edamus, editote, edāt  
uel edunto. Optatiuo, instantis, et imperfecto, essem, esse  
mus, ut Terentius: De symbolis essemus. Perfecto, ede-  
rim, Plusquāperfecto, edissem. Futuro, edam. Subiun-  
ctiuo, instantis, cum edam. Futuro, cum edero. Infiniti-  
uo, instantis, esse. Perfecto edisse. Veteres edere dice-  
bant. Futuro, esiam ire et esurum esse. Impersonaliā instā-  
tis, estur. Dicebatur à ueteribus editur, edebatur. Esam  
est uel fuit. Esiam erat uel fuerat. Edetur. Gerundia, edē-  
di edendo edendum, esum esu. Vulgaria sunt partici-  
pia, edens, esurus. Et quæ ab edo deriuantur, comedo, am-  
bedo. Veteres declinauerunt, edo, edis, edit. Cato de  
Oratore ad filium: Lepus multum somni fert, qui illum  
edit. Et Vergilius: Nec te tantus edat tacitam dolor.

Passi

## DIOMEDIS GRAM.

Passiuum edor. Imperfecto edebar. pfecto esus sum & sui. Plusq̄perfecto, esus eram uel fueram. Futuro, edar. Imperatiuo, edere, edatur. Futuro editor. Optatiuo, ederer, esus sim & fuerim. Esus essem et fuisset, edar. Subiunctiuo, cum edar. Futuro, cum esus ero & fuero. Infinitiuo, edi, esum esse et fuisse. Es sum iri. Participia, esus, unde comesus & comedendus, non comestus & comesturus, ut uulgus existimat. Futurum edendus. Supinũ esum esu.

### DE DECLINATIONE VERBORUM impersonalium.

Pœnitet uerbum impersonale, indicatiuo modo dictum, coniugationis secundæ, numeri singularis, figuræ simplicis, temporis instantis, quod declinabitur sic. Pœnitet me, te, illũ, nos, uos, illos. Imperfecto, pœnituerat. Futuro, pœnitebit. Imperatiuo, tempore tantũ præsentis, pœniteat. Optatiuo utinam pœniteret, tẽpore præsentis et imperfecto. Perfecto, pœnituerit. Plusquãperfecto, pœnituisset. Futuro, pœniteat. Subiunctiuo modo, cum pœniteat. Futuro, cum pœnituerit. Infinitiuo sine numeris et personis, tẽpore præsentis, pœnitere. Præterito pœnituisse. Ab hoc impersonali modo, usurpatum ẽ participium, temporis instantis, pœnitens. Quidam autem dicunt, impersonalia neq; actiua, neq; passiuua, habere participium. Nam pudens, non est participium, sed appellatio. Vnde impudens.

Aliud impersonale.

Venitur uerbũ impersonale, indicatiuo modo dictum,  
coniugationis



placis, tēporis instātis, quod declinabitur sic: Venitur à me, à te, ab illo, à nobis, à uobis, ab illis. Imperfecto, ueniebatur. Perfecto, uentum est. Et ulteriore, uentum fuit. Plusquamperfecto, uentum erat. Et ulteriore, uentū fuerat. Futuro, uenietur. Imperatiuo temporis tantū præsens, ueniatur. Optatiuo, præsens et imperfecto, utinam ueniretur. Perfecto, uentum sit. Plusquamperfecto, uentū esset et fuisset. Futuro, ueniatur. Cōiunctiuo modo, cum ueniatur. Futuro, cum uentū erit & fuerit. Infinitiuo, tempore præsenti, ueniri. Perfecto, uentum esse & fuisse. Futuro, uentum iri.

Contingat uerbum impersonale, indicatiui modi, cōiugatiōis tertiæ correptæ, numeri singularis, figuræ simplicis, temporis instantis, quod declinabitur sic: Contingit mihi, tibi, sibi, nobis, uobis, illis. Cōtingebat, Contigit, Contigerat, Cōtinget. Imperatiuo, tempore præsenti, contingat. Optatiuo, tempore præsenti et imperfecto, utinam contingeret. Perfecto, cōtigerit. Plusquamperfecto, contigisset. Futuro, contingat. Coniunctiuo modo tempore præsenti, cum contingat. Futuro, cum contigerit. Infinitiuo, tempore præsenti, cōtingere. Perfecto, contigisse.

## DE FORMATIONE

temporū uerborū per singulas coniugatiōes.

Coniugationū omnium uerba, oliter a terminata, tempore perfecto, in i literam, ultimā mittūt. Amo amaui. Doceo docui. Legolegi. Variantur autem species, in prima coniugatione quater. In secūda, quinquies. In ter-

DIOMEDIS GRAM.

tia correpta, nouies. In tertia producta (que etiã à qui-  
 busdã quarta dicitur) quinquies. Coniugationis primæ,  
 temporis perfecti, formæ sunt quatuor, que mutatione  
 capiunt in hunc modum. Prima est (cum maior pars  
 ita cadat) in qua a semper inest, et post a, abundat syllaba:  
 sicut suspiro suspirauī, et porto portauī, et aro arauī,  
 ui, simulo simulauī, propalo propalauī, profano pro-  
 fanauī, amœno amœnauī, uolo uolauī, sedo sedauī, ca-  
 uo cauauī, in simulo in simulauī, sterco ro sterco rauī,  
 syncero syncerauī, manduco manducauī. Propriè au-  
 tem, quod Græci dicunt *μακρόμοι*, hoc est idem quod mā-  
 do. Itaq; Probus negat recte dici, piscem uel aliud tene-  
 rum manduco, sed potius edo, quod scilicet māducamus,  
 quod denti reluctatur. Nam cum dicam edo, quid faci-  
 am, ostendo: cum uero manduco, non tantum quid faci-  
 am ostendo, sed et qualiter faciam. Veteres tamen et  
 in edendi significatione, manduco dixerunt. Vindico uin-  
 dicauī: hoc uerbū nō pro defendo ueteres dixerunt, sed  
 pro animaduerto et punio, ut Salustius: Vindicatum fu-  
 it in noxios. Decollo decollauī: hoc uerbū apud ueteres,  
 decipio significabat, ut apud Plautum in Captiuis: Illic  
 mihi una est spes cœnatica, ea si decollabit, redibo huc ad  
 senem, ad cœnam asperam. Item Lucilius duodecimo:  
 Quibus fructibus me decollauī. Que significatio apud  
 Fœnstellam aliter inuenitur, in libro Epitomatium secu-  
 do: Quemadmodum Cæsar à piratis captus sit, utq; eos  
 postea ceperit et decollauerit. Veteres autem securi  
 cesos dicebant, Præfoco præfocaui, Probus quasi nouā  
 necē

necem miratur: Angit enim ueteres dicebant, ut Vergilius: Et faucibus angit inherens. Lucilius tamen ait: Et suffocare conatur. Inchoau ab inchoo. Sic dicendum putat Iulius Modestus, qui a sit compositum à chao, initio rerum: At Verrius et Flaccus in postrema syllaba aspi randum probauerunt, cho. um enim apud ueteres mundum significat, inde subtractum, inchoare. Tranquillus quoq; his assentiens, libello suo plenissime eadem inchoa tam ita diseruit. Similo non dicimus, sed similis est. Sane dixerunt ueteres simulat per u. Hoc etiam Cicero de Republica: Quasi alius assimulare Rempublicam, & Vergilius Formam assimulata Camerti.

Secunda forma est, quae licentia antiquitatis uel consuetudinis, a licetius uitat, & in i litera puram desinit, nulla duce consonante, ut sono sonui, crepo crepui, plico plucui, cubo cubui, domo domui, frico fricui, ueto uetui, serco secui, increpo increpui, tono tonui, cubo cubui, domo domui, mico micui, neco necui. Veruntamen et necaui legimus, ut nectus necatus. Et in hoc differre uolunt: Necui quasi suffocau: necaui, ferro occidi. Vnde necem, eadem appellamus. Et adiectis praepositionibus, in tono in tonui, explico explicui.

Tertia forma, cum o litera eximitur, & iteratio syllabe fit, ut do dedi, sto steti, & adiecta praepositione, exto extiti, obsto obstiti, praesto praestiti. Apud antiquos hoc uerbum, pro melius est, ponebatur, aut pro antecedit. Raro praebco significat: Nam in ea significatio praebco potius dicebant. Nisi quod Salustius ait libro



DIOMEDIS GRAM.

tertio, utrum uicē me prestare creditis. Et Cato ad Magnū ait: Interēpto prestari. Rursum Seneca de officijs. Si ceruicem prestitero ait, pro prebuero. Est autē hodie horum uerborum ista diuisio, ut sit præbeo patiētis, præsto facientis, ac perinde, præbeo occasionem aut operā, præstiti fidē ac rē dicamus. Quarta quidē species in uisyllabā desinit, sic tamē, ut prior syllaba, quæ in præsentī correpta fuerat, perfecto tempore producatur, lauo, lauas, laui, iuuo iuui, & adiecta præpositiōe, adiuuo adiuui. Secundæ cōiugationis formæ sunt quinque.

Prima est, quæ in i literā cadit, nulla duce consonāte, ut splendo splendui, niteo nitui, uigeo uigui, floreo florui, emineo eminui, teneo tenui, egeo, egui, rubeo rubui, sorbeo sorbui. Cicero in Tusculanarum secūdo. Sanguinem omnem sorbui. Item sorpsi apud autores alios legimus, & adiecta præpositione, adhibeo adhibui, redhibeo redhibui. Secundā forma est, quæ primā syllabā correpta perfecto producitur, ut sedeo sedi, fauco faui, uoueo uoui, caueo caui, uideo uidi, neo neuui, fleo fleui, cico ciui, accieo acciui. Tertiā forma est, quæ desinit in di syllabam, præpositis consonantibus uarijs, sed inceptiua litera siue syllaba geminata, ut mordeo momordi, spondeo sponondi, tondeo totondi, pendeo pependi. Adiecta præpositione, geminatio cessat syllabæ, ut despondi, detōdi, respōdi. Quarta forma est, quæ in si syllabā desinit, ut algeo alsi, ardeo arsi, hæreo hæsi. (Quasi passi

Adhæse ad. sinit, ut algeo alsi, ardeo arsi, hæreo hæsi. (Quasi passiuum uerbum à participio adhæsus, usurpat Gellius libro 5. cap. 9. Hæsitatus participio utitur Seneca libro Naturalium Quæstionum septimo.



uam quoq; id uerbum admittat declinationē, inuenimus perfectum tempus, hæsus mulceo mulsi: in patiēdo aut mulsus, & turgeo tursi, urgeo urfi.

Quinta forma est, qua extrema syllaba in xi cadit, ut frigeo frixi, mulgeo mulxi, sugco suxi, luceo luxi, augeo auxi, alliceo allexi. Sed apud ueteres allicio legimus pelliceo pellexi, lugeo luxi. Duo sanè uerba uideo et prædeo, quæ nullius formæ regulæ seruāt, aut recte excipientur, aut sextā sibi formā uēdicabūt, ut uideo, uidi, prædeo, prædi. Nā in secūdo ordine nō potest reperiri uerbum postrema parte geminari, sed à prima tantū, quale mordeo momordi: quare errant qui dicunt prandidi.

Coniugationis tertiæ correptæ, temporis præteriti perfecti, formæ sunt nouem. Prima quidem est, quæ desinit in ui syllabam, sed tamen similitudinem uerborum continet primæ coniugationis, id est, a habet ante nouissimam syllabam, ut pasco pavi, sterno stravi. Secūda forma in i puram literam desinit, ut aloalui, argo argui, exuo exui, fremo fremui, molo molui, uomo uomui, pecto pexui, pono posui, gigno genui, meto messui, et quod quidam exterminant, amicio amicui, ut Brutus in laudatiōe Appij Claudij: Quæ te toga prætexta amicit. Sed Varro: Sceleris magister amixit. Tertia forma est, quæ in i quidem literā, appositis uarijs consonantibus, sed inceptiua litera siue syllaba geminata. Quæ in hunc finiuntur modum, primam syllabam iterant, ut curro cucurri, disco didici, cano cecini, tægo tetigi, tendo, tetendi, pendo pependi, pello pepuli, pungo pupugi.

DIOMEDIS GRAM.

Sicut Cicero: Intellexi quod eum pupugisse: sed et pueri dicimus. Fallo se felli, cado cecidi, cado cecidi, parco peperi: sed et parsi legimus, sicut Teren. Ego ne uita tam parsi perdere? Plautus: Duorum labori ego hominum parsi sem libens. Sic enim melius ueteres parsi declinabant: nam parsimoniã, non parcimoniã dicimus. Volunt autem quidam Grammatici differre, ut parsi, semel quod factum est, significet: peperi autem et semel et sæpius. Facit autem participium parsurus futuri, ut ait Varro.

Omnia uerba, quæ perfecto prima syllaba iterantur, adiecta præpositione plerumque desinunt iterare, tendo tetendi, pello pepuli, pendo pependi, curro cucurri. Adiecta præpositione, geminatio cessabit: intendi, contendi, expuli, impendi, percurri. Apud autores autem nonnumquam inuenimus iterari uerbum quod est excurro, excucurri. Duo uerba reperiuntur, quæ iterant etiã admissa præpositione, proculdubio in eodem statu sunt, posco poposci, de posco depoposci, disco didici, edisco edidici, addisco addidici. Verba tertij ordinis, quæ iterant tempore perfecto, ex utraque parte, tam prima quam postrema syllaba geminantur: Prima sic, parco peperi, curro cucurri, cado cecidi. Postrema sic, credo credidi, prodo pidi, condo cōdidi, abdo abdididi, indo indidi, trado tradidi, uendo uendidi. Participium autem futuri, uēditurus. Passiuum ueneo uenij. Est autem apud ueteres ueneor uenditus sum, ut apud Plautum: Ego ne illi uenear. Titianus etiã de agricultura primo: Nã id melius emitur quam ueneatur. Cicero *Causarum xiiij.* Re uendita iterum emptã. Unde manifestum sit,

fit, cœnita non dici, sed aut uenundata, aut uendita, ut Cicerō: Possessiones redimi eas, postea pluris uendit as.

Quarta forma est, quæ desinit in si syllabā, ut cœcutio cœcusi, allido allisi, cudo cusi, sed potius cudi, ut eius cœpositū. Tū primū silicis scintillā excudit Achates. Primo pressi, trudo trusi, rodo rosi, nubo nupsi, urousi, demo dēpsi: sed cœpositū adimo, ademi. Incerta autē est ratio dēptæ uel appositæ præpositiōis, ut cū sit adimo ademi, demo demi non faciat, sed dempsi, repo repsi. Inde obrepo obrepsi dicimus, non obrepi, in quo imperiti falluntur. Quinta forma est, quæ desinit in xi syllabam, ut ango auxi, frigo frixi, linguo linxi, ungo unxi, mingo minxi. Sed meio meijs, meij dicitur & minxi, rego rexi, sugo suxi, uergo uerxi, pergo prexi, illicio illexi, negligo neglexi. Sed Aemilius Macer: Omnium uestrum neglegerit autoritatē, quod analogiæ propius, quia et legerit dicimus. Nectō nexui uel nexi. Vergilius: Et paribus palmas amborum innexuit armis. Propertius: At tibi qui nostro nexisti retia lecto. Lucilius in Satyris: Tum retia nexit.

Sexta forma est, quæ desinit in ui syllabā, ut cupio cupiui, sapio sapiui et sapui, peto petiui, quero quaesui, te ro triui, & futuri temporis participium triturus.

Septima est quæ desinit in i quidē literā, ita tamen, ut instātis prima correpta, p̄fecto tēpore p̄ducatur, ut cerno creui, capio cepi, emo emi, fundo fudi, frango fregi, in ipso statim principio: Tum antehac te amaui, & mihi amicam esse creui mea Gymnasium. creui, i, uidi.

In Propertio tamē lib. 3. legitur nō nexisti, sed tendisti.

Cerno creui. Plautus in Cistellæ



DIOMEDIS GRAM.

iacio, iacui et ieci, sperno spreui, sero seui, sino sui, lino liui, relino releui, ut Terē. Releui dolia omnia. In patiendo, litus facit, ut Vergil. Lita corpora guttis. Octaua forma est, quæ desinit in i quidem literam, ita tamē, ut à secunda persona instantis temporis uenire uideatur, ut mando mandis mandī, uerto uertis uerti, suspendo suspendis suspendi, capesso capeſsis capeſsi, uiſo uiſis uiſi.

Nona forma est, quæ desinit in di syllabam, ita tamē, ut iteratio mediæ syllabæ fiat, ut addo addidi, abdo abdi di, condo condidi, indo indidi. Hoc autē uerbum ſcindo ſcidi, et si quod ex eo componi potest, ut conſcindo conſcidi, nulli formæ patet. Neq; enim ad octauam formam referimus hoc uerbum, detracta usu quondā n consonante. Quare autem præteritum tempus, aut syllabis crescat, aut minuatur, aut par sit, non est inuenta ratio. Cur etiā à correptis producat, ut traho traxi: aut à productis corripiatur, ut ſto ſteri, do dedi: aut utrobique producat, ut ſto ſlauri: aut utrobique corripiatur, ut iacco iacui, ſimiliter non est inuenta ratio. Sed lectio autorū obseruantia sua, nos certiores de perfectis instituit.

Coniugationis tertiæ productæ, quam quidam quartā nomināt, formæ sunt quinque. Prima est, quæ desinit in ui syllabā, ut audio audiui et audiij, ambio ambiui et ambij, garrio garriui et garrij, gestio gestiui et gestij, hinnio hinnui et hinnij, grunio grunui et grunnij, hurrio hurriui et hurrij, præſagio præſagiui et præſagij. Participium futuri temporis, præſagiturus. Secunda forma est, quæ desinit in i literam puram, ut uolo uolui, malo

Notatiu-  
culæ due.



malo malui, operio operui, operij. Tertia forma est,  
 quæ desinit in ui quidem syllabam, ad similitudinē pri-  
 mæ formæ, ita tamen, ut illa tantūmodo uerba contine-  
 at, quæ in prima persona, tēpore præsentis, e ante oha-  
 bent literam: cum sint tertiæ cōiugationis, secundæ for-  
 mulā seruant, in prima duntaxat persona, ut queo quis  
 quiui, nequeo nequiui, eo iui. Et si qua eorum præpositio-  
 nibus copulantur, ut transeo transiui, adeo adiui, subeo  
 subiui, prodeo prodiui, exeo exiui. Horū tantūmodo uer-  
 borū futurū tempus in bo syllabā cadit, & ex his etiā  
 plurima tempore perfectō ueterū usurpatione, u penul-  
 timam detrahunt, ut transii, adij, &c. Quarta forma  
 est, quæ desinit in si syllabam, ut sarcio sarfi, sarcio sar-  
 fi, sepio sepsi, fulcio fulsi. Quinta forma est, quæ desi-  
 nit in xi syllabam, ut sancio sancxi, iurā iurāxi. Ferè  
 apud ueteres uerba tertiæ cōiugationis producta, per-  
 fectō indicatiuo duplici ij finiebantur, ut adij. Sed noui-  
 tas breuitatis causā, cuncta permiscuit, qui ppe sancio  
 sancij faciebat, ut Pomponius ad Thraseam: Sancierat,  
 inquit. Cassius Seuerus: Lege sancitū est, inquit. Item  
 Lucretius: Sancitum quandoquidē extat. Nos autē san-  
 xi dicimus. Hæc de quatuor coniugationibus, quæ perti-  
 nent ad uerba, quæ analogiæ parent, quarū exēpla pas-  
 sim per scripta sunt nota, quæ si quis conceperit animo,  
 non facile labetur, sunt enim euidenter exposita.

## DE MULTIPlici VERBORVM

differentia, partim temporum, partim  
 generum uariatione.

## DIOMEDIS GRAM.

Sunt quædam perfecta, à diuersis instantibus deriuata: ut *Acuo acui, acco acui. Frigeo frixi, frigo frixi. Lu-  
geoluxi, luceo luxi. Fulgeo fulsi, fulcio fulsi. Cerno cre-  
ui, cresco creui. Pasco paui, paueo paui. Sisto steti, sto  
steti. Consisto constiti, consto constiti. Fero tuli, tollo tu-  
li & tetuli. Terentius: Huc tetulissim pedem. Tollo ta-  
men consuetudine, sustuli facit, quanquam eius per se-  
cti instans, apud ueteres sustollo. Pendo pendis, pendeo  
pendes pependi. Comperio, compereo, comperi. Sed ac-  
cētū discernitur sensus: accētū enim acuto proferimus,  
quoties pro eo accipitur, quod est rescui. Comperio e-  
nim facit compēri, quod circumflexo accentu declinat,  
quoties pro eo accipitur, quod est cum alio perij. Plusq̄  
perfecto comperieram, facit. Sunt quædam uerba, quæ  
habēt perfecta duplicia: ut, pāgo pepigi et panxi, pūgo  
pupugi & punxi, uello uelli et uulsi, sed melius uelli, ut  
Vcr. Cineres manes' ue reuelli. Idem, Ima de stirpe re-  
uelli. Item Laberius: Aliqua parte præuulserat. Teneo  
tenui, apud ueteres tenui. Tundo tutudi & tumsi. Expli-  
co explicui & explicauī, ut Vergilius explicui legit,  
sed explicauī legimus apud Ciceronem. Sunt quædam  
uerba, quæ ex una positiōe diuersos sortiuntur declina-  
tionum ordines & sensus, quasi mando mādas, cum ali-  
quid monemus: mando mandis, cum dentibus quid cōsu-  
mitur. Quidam consuetudine manduco dicūt. Volo uo-  
las, quoties alitum iter demonstramus: uolouis, quoties  
uelle quid significamus. Fundo fundis fundere, sun-  
do fundas fundare. Compello compellis compellere,*

compello compellus compellare. Dico dicis dicere, dico  
 dicis dicare. Prædico prædicis prædicere, prædico præ  
 dicis prædicare. Pingo pingis pingere, pingo pingis pin  
 gere. Est apud Persium ambiguum (O Iane à tergo quæ  
 nulla ciconia pinsit) pinsit an pinsat, legendum sit. Sed  
 apud ueteres reperimus, n litteram additam, et pinsit se  
 cundum tertium ordinem, ut Ennius decimo annalium.  
 Pinsunt cerâ genibus. Huius perfectum, pinsui ut apud  
 Pomponium: Neq; molis molui, neq; palms pinsui. Itē  
 pinsendus participium erit, pinsurus & pinsus. Pendo  
 pendis, quasi soluo poenam: ex quo compositum fit sub  
 eodem sensu expendo expendis, & dependo dependis.  
 Huic additur elitera, ut sit secundi ordinis sub alio sen  
 su, quasi pēdeo, id est in sublimi sum. Cui addita præpo  
 sitio sub, ordinem ac sensum mutat, quasi suspēdo suspē  
 dis, quod est actiuum eius. Pendeo enim ego, est absolu  
 tum: suspēdo alium, actiuum. Pendeo per me, suspē  
 dor ab alio. Adolesco adoleui facit, nam Vergilius sic  
 declinat: Mox cum matura adoleuerit etas. Tamen  
 adolui uult quidā in sacrificio dici, et uenire ab eo quod  
 est adoleo. Sed in sacrificio Actius Cassius ad Tyber  
 rium secundo, adoleuit dixit: Maximum sacrificium,  
 ubi integrum anserem adoleuerunt. Et in passiuâ signi  
 ficatione adolitus. Occino occini, est enim à cano occi  
 ni, & in compositione amittit unam syllabam. Sed Sa  
 lustius in primo historiarum dixit: Iussu Metelli corni  
 cines occanere. Aio uerbam inusitatam habet declina  
 tionem, de cuius imperatiuo nonnulli ambigebant, utrum  
 dictum

Secus hæc  
 Cassij uerba  
 apud Priscianum.



DIOMEDIS GRAM.

dictum ai, ut Næuius: An est nata sponsa prægnans? uel ai, uel nega. Imperfectum quoq; aiebam, aiebas, aiebat, aiebamus, aiebatis, aiebant.

Salio perfectum suauius enūciari uidetur salij, quā salui, sed pleriq; ueterum salui dixerunt, ut Vergilius, Saluere per utres. Item Liuius ab urbe cōdita libro primo: Nouos trāsiliuisse muros. Non minus & Cicero pro Milone, deiecta penula transiliat. Vergil. Defiluit Turnus bijugis. Sino fini, ut Publius de uita sua. Quod si me inuitum abire sinisset. Item Scaurus, Prædium non fini fieri. Melius tamen dicitur sui, sicut Varro Complexionum sexto: Ad mortem non sui me producere. Item Terentius in Adelphis: Quia non fuit ægestas. Excello crebro legimus apud ueteres, et Cicero de Republica, excellent inquit. Idem de Oratore, antecellunt. Et de diuinatione. Præterea similiter cohortatione circum conciliabula antecellunt. Vetus tamen Macer Aemilius Ornithogonias secundo, cum laude excelleat omnes. Dicam nunc de his que r litera finiuntur. Nitor niteris. Perfecto nisus sum. Sed ueteres immutates, nixus declinat, ut Ver. Nixus ab aggere dextra. Itē, Summis adnixus uiribus hastam. Obnixus latis humeris. Et adnixus acuto. Detruclūt naues scopulo. Melius tamen dicimus nisus à nitendo, et nisa. Enixa enim appellatio est, et ad partū refertur, cum dicimus, geminos enixa est, ut apud Verg. Tringita capitum foetus enixa. Vt sit enisa, uiribus conata, enixa partum. Alor aleris, altus sum. Salustius: Arpini altus. Melius est tamen dicere nitāda ambiguitatis gratiā,



tia alitus. Nam & alimenta dicuntur. Salior, frequens  
 uidetur & tritū, ut perfecto tēpore, salsus salsa salsum  
 dicamus. Sed ueteres ambiguitatem apellatiōis uitātes,  
 & analogiā sequentes, salitus sum dixerunt, à positione  
 sallo, non salio. Vt Varro ad Ciceronem quinto, ut serua  
 rent, fallere. Idem antiquitatum humanarum XV. Mor  
 tuos fallūt. Seuerus: Distractos atq; salitos. Et Fabianus  
 cauſarum tertio. Cum caro salita est diuturnior. Salu  
 stius historiariū quarto: Reliqua cadauera salita. Salle  
 re ergo salita, et proculdubio saliri, salsa habet, cuius fre  
 quens tamē perfectum uidetur salitus sum potius, quā  
 salsus. Abscondor absconfusus, sed absconditus melius, q̄  
 simplex condor conditus. Deleor delitus & deletus. Cē  
 cero ad filium, ceteris deletus. Varro, pecorinā delita  
 literæ. Caluus ad uxorem, prima epistola: In uita deli  
 ta. Ostendor ostentus, quoniam sit tendor tentus. Vnde  
 ostentatus est frequens. P. Rutilius de uita sua: Vni una  
 ostentata est. Quoniam uero à tēporibus perfecti pas  
 sui, futura participia actiua deriuantur, uelut amatus  
 sum, amaturus. Ideo P. Lucius Cælius ad populū, ex hoc  
 deriuauit p̄icipiū. Ex hoc me spero ostenturū: nō, ostē  
 surū. Et melius sanē ostētus dicimus. Quare et Liuius.  
 Itē p̄ figulo ostēta p̄ missiōe. Et Varro rerū rusticariū  
 primo: Lacus optimus hamo ostentus. At quia cacepha  
 ton uidebatur, deorum uehiculum tensum dixerunt, non  
 tentum. Ne uerbū turpe sonaret in sacris. Expergisor  
 experrectus, & expergor expergitus, expergesio ex  
 pergefactus. Sed is expgitus dicit, qui non excitatus so  
 mno

DIOMEDIS GRAM.

mmo, sponte uigilat. Vnde et Lucilius ait: Ergo è somno  
 pucros cū mane expergitus clamo, Experrectus autē à  
 quiete impeditus. Vnde Salustius: Experrectus somno,  
 arreptis armis tumultū facere. Experge factus porro è,  
 qui p̄ aliū somno excitatus est. Fatigor fatigatus sum  
 facit, non fessus. Et longe fallunt, qui opinantur ex fati-  
 gor fessus deriuari: nā fessus, est appellatio. Differt autē  
 fatigatus à fesso (ut Verrius ait) quòd fatigatus dicit,  
 cum quis per aliū laborare cōpellitur, ut lassatus. Fessus  
 uero, cū quis labore deficit, ut lassus. Inseror insertus  
 et insitus facit. Et tradunt quidam insitus arborū et po-  
 mi esse. Insertus hominis uel alicuius rei. Fallor falsus  
 sum, ut Vergi. Falsi impleuit genitoris amorē. Signifi-  
 cat enim, qui fallebatur. Educor eductus et educatus fa-  
 cit, sed educatus frequentius. Cicero educatus et educa-  
 ta dixit. Vergi. Eductum Aegerie lucis. Ordior orsus  
 sum facit, et tam incipientē significat, ut Vergi. Sic or-  
 sus ab alto: q̄ desinentē, ut idem: Sic orsus Apollo, Mor-  
 taleis medio aspectus sermōe reliquit. Figor ambigūe  
 declinatur apud ueteres, tēpore perfectō. Reperimus  
 enim fictus et fixus. Scaurus de uita sua: Sagitta, inqt,  
 confictus. Varro ad Ciceronē, fixū, ait. Et Cicero Aca-  
 demicarū 11. Opera affixa. & Verg. Si mihi non ani-  
 mo fixum. Comperior et cōperio differunt. Nam com-

Comperi  
or.) Salu-

stius in Iugurtha: Sed ego, inquit, comperior Bocchum magis Punica fide,  
 quā ob ea quæ prædicabat, simul Romanos & Numidam spe pacis detin-  
 isse iam. Et Cor. Tacitus libro v. Hunc ego Lepidum, inquit, temporibus  
 illis grauem & sapientem uirum fuisse comperior.

perior

perior, est mea opinioe, colligo. Et compertū habeo, p  
 explorato, qd' uerbū deficit in futuro et impatiuo. Cō  
 prior, est ab alio cognosco. Medito et meditor itē diffē  
 runt. Nā ut putat Plinius, Meditare est secū cogitare:  
 meditari, uoce dicere. Sunt quaedā, r litera terminata,  
 et diuersa positione declinata, quae eadē sortiunt per se  
 cta, ut pandor paderis. Exigebat analogia, ut passus di  
 ceremus, sed passus dicim', ut Ver. Crinibus Iliades pas  
 sis. Itē, patior pateris, passus sum. Vertor rteris, uersus  
 sum, ut Ver. Versa q' iuuenū Terga fatigam' hasta: itē  
 rror roreris, r' sus sum. Ver. Et euersa puluis iscribit ha  
 sta: meli' ē eni tracta itelligere, q' inersa. Luxurior i cri  
 mine est, ut Cor. Seuerus ait: Luxuriant opes, atq; otia  
 lōga grauantur. Luxurio aut in laude, ut Ver. Luxuri  
 atq; toris animosum pectus. Significat enim nō lasciuiā  
 mētis, sed habitudinē corporis. Sunt alia praeterea rōba  
 quae adēpta una litera, uel addita, diuersos sortiuntur or  
 dines, quasi metor metaris dicimus, cū ad locū referi, ut  
 cū dicimus, castra prope Tyberim metatus est. Metor  
 metaris, cū ad fructū, ex quo perfectū fit messus, nō me  
 titus sum: messurā enim dicimus, nō metionē. Et futuro  
 actiuo messurus, passiuo metendus. Miseror miseraris  
 primi ordinis, accedit litera et fit secundi, quasi misere  
 or miseraris. Nostrū nō est referre ueterū exēpla. Ve  
 strū (ut cuiq; libido) est autoritate corū uelut analogia  
 uti. Omne uerbū, quācunq; praepositionē recipit, eius  
 dē ordinis declinationē facit, ueluti scādo scādus, ascēdo  
 ascēdis: mordeo mordes, remordeo remordes. Praeter  
 ista,

Plinius.)  
 Subaudi, in  
 arte grāma  
 tica. Nā et  
 ipse testatur  
 in praefatio  
 ne operis de  
 mundo, se lē  
 broscrispiss  
 se de grāma  
 tica.



DIOMEDIS GRAM.

ista, sapio sapere, adiecta prepositiōe resipio resipe,  
 & fit producti ordinis: sed desipio desipere facit, nō de  
 sipire. Cicio ciere, accio accire, concio concire, excio ex  
 cire. Do dare, addo addere. Et nonnunquam inueniuntur  
 Figura enim quasdam coniugatiōes immutat. Nam se  
 deo cum sit secundæ coniugationis, accepta prepositio  
 ne, mutatur in tertiam, et facit confido, asido, subsido,  
 quippe cum Verg. dicat. *Confidere in ignes.* & Teren  
 tius: *Asido, accurrunt serui.*

Nec solum coniugationes, uerum etiam ipsam posi  
 tionem uerborum compositio mutat. Vt calco facit in  
 culco & conculco, non incalco uel concalco. Scalpo in  
 sculpo, quare gemma scalpta dicendum est non sculpta.

Nota non  
 sculpo sed  
 scalpo dici.

Adiecta tamen prepositione facit sculpta. Facio confi  
 cio inficio, salio desilio, farcio refercio, sapio desipio,  
 frango infringo confringo, capio incipio, decipio. Spar  
 go, conspergo, & dispergo. Iacio, cōijcio, deijcio. Carpo,  
 decerpo. Gradior, ingredior. Sunt quedam uerba que  
 πορὸς ὡς appellatur, que à primitiui uerbi declina  
 tione & mutationem et adiectionem literarum capiūt,  
 & nihilominus idem significant. Interdum uariantur,  
 uelut laceſso ex eo, qd' est lacero, sed hic uariat. Laceſ-

Faceſso. sere enim cōcitare est. Faceſso eque, si faceſsere, disce  
 dere intelligitur, ut est apud Terentium: *Hic nunc fa*

Accerso. cessit. Item accerso, et per r scribitur arcesso, sed inter  
 arcesso. est, quia accersere euocare est, arcessere uero aliquē ac  
 cusare significat, & ab arceo nascitur. Etenim aliū ac  
 cusare, à maleficis suis arcere est. Sunt quedam uer-



ba, quæ cum cæteram declinationē habeant plenam, tem-  
 pore perfecto deficiūt, et sunt ferè hæc: uerro, meto, fis-  
 ro. Horū uerborū non facile reperimus tēpus perfectū,  
 et tamen quod est uerro, in passiua declinatione, uersus  
 habet, ut apud Senecā in dialogo de Superstitione, Ver-  
 sa templa. & Plaut. Versa, sparsa. Sunt quedā uerba  
 quæ primā personam non habent, ueluti, ouas ouat: raro  
 enim reperimus ouo dictū. Item, furis furit: raro furo in-  
 uenitur. Faris fatur, raro for inuenitur. Verū in cōposi-  
 tiōe, ut apud Caiū, reperimus effor dictū. Roras rorat,  
 uix roro. Daris datur, raro dor reperimus. Item inquis  
 inquit dicimus. Huius uerbi declinatio quæ sit tota ple-  
 na, primā tamē persona longè dissimilis est cæteris uer-  
 bis, nec cōgruens primæ personæ est, cum inquam inqs  
 inquis, quarti ordinis sit uerbū. Itē, Forem fores foret, p-  
 eo quod est, esse em esse eset, duntaxat dicimus: cætera  
 declinatione deficit. Quæri autē solet, utrū positio hu-  
 ius uerbi, sit sum. Et num hoc, duo duntaxat infinita ha-  
 beat, esse et fuisse: an tertiū etiā assumat, fore. Sanè aliqd  
 uerbum est apud antiquos, qui dicebāt, suo suas suat. Vn-  
 de Teren. ait: Fors suat. & Verg. Tros Rutulus' ue su-  
 at. Infinitiuū eius, fore. Sunt quedā uerba quæ nequaquā  
 ex se deriuata habent præterita. Vt inur tamen proxi-  
 mis, uelut Ferio, perfecto ferij nō dicimus, sed percussi.  
 Itē Sisto steti uel statui, quoniā duplici sensu fungitur.  
 Item Furis furit, furij furisti nemo dicit, sed insanisti.  
 Tollo sustuli: quanquā nonnulli ex hoc tentauerunt per se  
 etiam facere tuli: quale ex eo quod est fero, tuli: quoniā  
 b sustu-

Plau. in Am-  
 phi. actu vi.  
 Nec quis-  
 quā tā au-  
 dax suat ho-  
 mo, qui obu-  
 ā obfistat mā-  
 hi, suat dixit  
 pro fuerit.

DIOMEDIS GRAM.

*sustuli* ab eo uidetur proficisci, quod apud ueteres reperitur *sustollo*. Item *affero attuli*, quoniam et *fero tuli* dicimus: quanq̄ et id perfectū quod est *attuli*, ex alio uerbo proficisci repimus apud ueteres, ex eo quod est *attollo*, ut *Næuius* in *Tabellaria*: *Dotē ad nos nullā attolat*. *Plautus* compositū efficit in *Rudēte*: *Ollas abstollas*, ut sit *instās* *abstollo*. Sunt item alia r litera terminata, quæ quis sua perfecta non habent, usurpant tamen eiusdem significatiōis uerborum perfecta, uelut *uescor*, *pastus sum* facit, ex eo qd' est *pascor*. *Vescitus sum* nemo dicit. Item *arguor*, *conuictus sum* facit, ex eo quod est *conuincor*. Habet autem etiā apud antiquos, *argutus sum*. *Angor anxus sum*, *anxius* autē nomen est, quod significat id quod *solicitus*. *Reminiscor recordatus sum*. *Medeor medicatus sum*. *Operior opertus sum*. Sunt alia uerba, quæ cum solitā habeant ceterā declinationē, nihilominus participijs deficiūt, quale est *timeo*, ex hoc uix futurū participium declinatur: *timiturus* enim nō facile reperimus dictū. Itē *fio*, futurū participiū nō habet: *futurus* enim ex eo quod est *sum* deriuat. Raro etiā *instans* reperimus, ut *fiens* dicamus et *fientes*. Itē *tollo*, *tolliturus* nemo facile dixerit *eruditorū*. Itē *soleo*, *soliturus* nemo dixit. *Vix tempus instās*, *asolens*, *asolētes*. Hactenus de his, quæ participijs deficiunt. Etiā ipsa uerborū coniugatio, prima sit an tertia, itē secunda sit an tertia, nouitas à uetustate dissentit: nam *lauo lauas* nos dicimus, illi *lauo lauis*, ut *Plau.* in *Pseudulo*: *Tabellas eas lachrymis lauis*. Et *Verg.* *Luminis effossi fluidam lauit*

unde cruorē. Sed quidā per i lauit, pro humectat et coinquinat intelligi uolūt, sed frustra, id enim significat qd̄ lauas. Solent in uerbis etiā peritiores errare, incerti utrū cū r, an sine debeant proferri. Quirito, Liui. Varro et Feneſtella, quirit auī. Est aut̄ quiritare, Quiritescere. Aſentio, Verg. Aſēſere oēs. Cic. ad fratrem inquit: Aſētio Lētulo. Sed et aſētior. Sal. ait in Cat. Alijs alij uarie aſentiebant. Lachrymolachrymaui, nec quiſquā eſſe lachrymor credat, quāuis Ouidi⁹ dixerit, Lachrymataſ cortice myrrhas. Munero, sed Horatius: Muneret Priape. Affēto, sed Varro: Affēctatus eſt regnum. Bello, sed Vergilius: Piētis bellantur Amazones armis. Sed ne proferendo ſingulorum exempla longum faciam, ſatis ſtudioſe dixi, quid quomodo dici debeat, & ubi poſſit inueniri contrarium.

Sunt præterea uerba quædā, quorum poſitionē diuerſam, quæ uulgo eſt, apud ueteres repimus. Cui enim dubiū ca  
 dit, quæ abnuo abnuis dicamus? uerū apud ueteres, abnuco  
 dictū notauimus, ut Ennius octauo Annaliū: Certare abnuco, metuo legiōibus labem. Idem in Telamone: Ex eo futurum abnucauit. Item attingo attingis omni cruditorum conſenſu dicimus. Verum reperimus apud nō uullos autores, quibus eloquentiæ & elegantię tributa eſt opinio, ſine n̄ littera dictum, quaſi attingo attingis, ut Paſſiuus in Medo: Et cuſtodite hunc uos, ne quis eum abſtulat, ne ue attingat. Itē Plautus in Muſteliaria pluraliter, abſcedite telus ne attingāt. Item hortatur quod uulgo diſimus, ueteres nōnulli horitor. Idem in X. Horitor in  
 h 2 dupe-



DIOMEDIS GRAM.

*ā*uperator, quasi specie iteratiua. Plaudo frequens est,  
 apud ueteres plodo, ea consuetudine, qua au syllaba cū  
 o commerciiū habet: ut, cū dicimus, claustra & clostra,  
 cauda & coda, et similia. Pario cum ex hoc dicamus in  
 finitum parere, apud ueteres parere dictū reperimus,  
 apud Ennium: Oua parere solet, pennis genus condeco-  
 ratū. Item ridēt proculdubio cuncti dicitant: apud ue-  
 teres ridunt reperimus dictum. Brutus de patientia: Ir-  
 ridūt horū lachrymas. Item quod nos suspicatur, uete-  
 res hospicatur, dixerūt. Claudius octauo historiarū, ho-  
 spicatur ait. Item quod uulgo obsopio dicimus, ueteres  
 obsopo dixerunt. Cæcilius: Mulierculā ego illā huic de-  
 spondebo, ex nato saltem obsopam. Oleo oles, apud uete-  
 re olunt. Plautus in Cornicula: Olunt ades Arabicas, p-  
 inde quasi oleo olis sit dicendū. Itē nosco noscis. Et hu-  
 ic uerbo ueteres g literam præponebāt. Gnoscit ait Cæ-  
 cilius, quoniā et præpositiōe addita, agnosco et cogno-  
 sco dicimus. Item eodem modo noui: nam gnoui ueteres  
 formabant. Grunit porcus dicimus, ueteres grundire di-  
 cebant, ut sit instans, grūdio. Cæcilius: Cruento ita ore  
 grūdibat miser. Claudius Annaliū XV. Grundibat gra-  
 uiter pecus suillū. Hinc quoq; grundiles lares dictos ac-  
 cepimus, quos Romulus constituisse dicitur in honorem  
 Scrofe, quæ triginta peperat porcos. Hoc ita esse affir-  
 mat Cassius, in secundo historiarū: Pastorū uulgus si-  
 ne contentione consentiēdo, præficerant æqualiter im-  
 perio Remū et Romulū, ita ut de regno pares inter se  
 essent. Monstrū sit, sus parit porcos triginta, cui rei fe-



erūt lares grundiles. Itē uulgo dicimus amplector, ue-  
teres mutauerūt, amplecto crebro dicitātes, ut Liuius  
in Odyſſea, Vtrū genua amplectēs, dixit. et alibi, ample-  
xēs pro amplexās. Est enim eius qd' est amplector, am-  
plexor amplexaris iteratiuū. Ex hoc ergo amplexēs,  
nō amplexās, fit participiū. Hactenus de his, quæ memo-  
ria ſuppeditare potuit, nūc referemus de corruptis.

## DE CORRUPTIS

ſiue anomalis uerbis.

Analogia apud nos eſt proportio (omiſſis Græcorū  
ambagibus) ſimplici modo tam in uerbis q̄ in nominibus  
oſeruata. In uerbis. Ea uidentur uerba analogiæ reſpō-  
dere, quæ poſitionem primā habēt, ut in actiua declina-  
tione in o efferant, in paſſiua r addita, quæ in exemplis  
coniugationū quidem cōpetenter demonſtrauimus. Si  
qua ſunt uerba, quæ ab iſtis diſcrepāt, corrupta dicim⁹,  
quoniā dum proprio more declinātur, cæterorū corriū-  
punt analogiam. Neq; enim eſt, qui quaſi accuſo et mo-  
ueo, ita ſum ordini aptare poſſit: neq; uolo qdē ipſum,  
corruptū enim eſt: ideoq; ſecernūtur, et priuatim decli-  
nant. Sūt autē admodū pauca. Sunt et quæ ex eo cōpoſi-  
ta ſunt, ad ſum, de ſum, ab ſum, poſſum, præ ſum, in ſum, et  
ſimilia. Item uolo, et quæ ex eo cōpoſita ſunt, nolo, ma-  
lo, et ſimilia. Item fero et quæ ex eo cōpoſita ſunt, de ſe-  
ro, in fero, au fero, et ſimilia. Item edo, et ea quæ ex eo cō-  
poſita ſunt, comedo, ambedo, et ſimilia. Item odi, noui,  
memini. Hæc ſunt quaſi corrupta uerba, quæ ſingula o-  
peræpretiū eſſe opinor percenſere. Sum uerbū impri-

DIOMEDIS GRAM.

nis corruptum est, non tantum propter ceterorum de-  
 clinationem, sed ipsa positione, quonia nullū in toto ser-  
 mone tale est, nisi quæ ex eo cōposita sunt. Id uerbū, et  
 perfectū eius solet adiungi participio passiuo, et finiti-  
 uum perfectū significat, quasi amatus sum, amatus fui,  
 et similia. Id uerbum deficit participio instantis tēpo-  
 ris. Ex hoc uerbo cōpositum est prosum, sed adiecit d li-  
 teram, quasi prosum prodes prodest. Cetera similiter  
 declinantur. Ideo autē nec id tēpus participiū admittit  
 instantis temporis. Item possum quod ex eo cōpositum  
 est, t literam admittit, quasi possum potes potest. Cete-  
 ra similiter declinantur, nisi q futurum infinitiū, aut  
 participium non admittit, cū principiū eius habeat. Ex  
 eo enim quod est sum, futurum fit. Ex eo qd est prosum  
 profuturus. Nihil tale admittit hoc. Neq; presentis tē-  
 poris participium. Potens enim appellatio, non partici-  
 pium. Est enim quod Græci dicunt Δυνατός. Ceteraq;  
 ex eo quod est sum composita similiter. Possum tamen  
 nonnulli ueteres et passiuā declinatione figurarunt, po-  
 testur et possuntur. Sicut et quitur, et quitus sum, apud  
 nonnullos ueteres reperimus, quod est trisynonymum.  
 Et hinc adnotant nonnulli ueterum differentiam, ut acti-  
 uā declinatione ad personam feratur, quasi possum ego,  
 potes tu, potest ille facere. Passiuā ad impersonalem mo-  
 dum, potestur possuntur. Subtilis annotatio, sed parum  
 usitata. Sed quoniam esse dictum retulimus, apud quem  
 sit dictū affirmabimus. Actius quitus posuit pro quiui,  
 hoc modo: Nam neque pretio, neque amicitia, neq; ui im-  
 pelli,

pelli, neq; prece quitus sum. Idē alibi eodē modo: Vnde  
 omnia perdisci ac percipi queūtur. Cæcilius præterea:  
 Si non sarcire quitur. Item potestur apud Ennium repe-  
 rimus: Nec retrahi potestur imperijs. Scaurus de uita  
 sua tertio: Poteratur enim sicut possitur dicitur. Ex ea-  
 dem etiam potis dicebant. Item potis est pro potest, ut  
 apud Ennium: Qui potis ingentes causas euoluere bel-  
 li. & Vergilius: At non Euandrum potis est uis ulla tene-  
 re. Nec nō pote pro potis crebro dicere reperimus. Nā  
 (ut proximo exemplo utar) Persius ait: Qui pote? uis  
 dicam? mugaris. Cuius futurum potero & potuero, sed  
 potero magis indicatiuum, potuero subiunctiuum, quasi,  
 Si non potuero.

Est & uolo corruptum, positionem quidem habet ta-  
 lem, qualem cætera, quæ analogiæ parent, quoniam o li-  
 tera terminantur. Sed in cæteris confundit declinatio-  
 nem, nullo enim exemplo analogiæ declinatur, Volo uis  
 uult. Id uerbū deficit futuro infinitiuo, et participio fu-  
 turo, quod semp̄ ex infinitiuo futuro deriuatur. Ex hoc  
 uerbo composita sunt, malo, nolo. Sunt qui geminant l li-  
 teram, & enunciat mallo, nollo. Sed quoniam principa-  
 le eorū unum habet l uolo, & in cōpositione prima deci-  
 dit syllaba, sequēs nō immutatur, quasi malo, nolo. Cæte-  
 ra similiter declinatione principali declinantur. Apud  
 ueteres reperimus id (quod non uultis) noltis, ut est apud  
 Lucilium: Vultis, emptā est: Noltis, non emptā est. Ex  
 hoc uulgo faciunt imperatiuum noli. Melius est dicere  
 nolīs nolit, quod ex principali eius uelut uelit discimus.



DIOMEDIS GRAM.

Horatius: modo uelis, quia tua uirtus expugnabilis est.

Fero corruptū, et id uerbum positionem quidē habet cōpetētem analogiæ, quoniā in o cffertur, sed corruptū est, quoniā nullo modo coniugationum declinatur. Fero fers fert, & est passiuum feror ferris, & composita similiter per omnia declinatur, de fero, confero, sed passiua declinatio non incompetenter analogiæ declinatur.

Edo corruptum est, quoniam edo es est declinatur, ut est apud Verg. Est mollis flamma medullas. Huius infinitiuum instans & perfectum similiter declinantur, quasi esse, et composita similiter, ut comedo ambedo. In passiuo autem declinatur. Edo ederis estur. Participium esus. Itē ambedor et comedor, quæ declinatio nō minus et ipsa secundum analogiā declinatur, de cuius perfecto ambigitur apud ueteres, comesus an comestus & comesturus. Sed Didymus ait de Salustio: Comesta patrimoniam. Valgius autem, Comesta patina. Similiter & Varro, & ita melius adesa et ambesa. Vergil. Ambesas subigat malis absumere mensas.

Odi est etiam corruptum. Accipitur enim pro instanti et perfecto. Nonnulli distinguendi temporis gratia, perfectum declināt. Exosus et perosus, similiter et plus quamperfectū. Similis enim ex eodem horū temporū futurū est declinatio. Impatiuū nō habet, quasi futurū, nec futurū infinitiuū, nec participiū. Idē uerbū in significatione passiuā aliter formari non potest, nisi dicas, odio sum illi, et ita declinatur in reliquis. Simile est huic meminī. Et huic uerbo putat instans et perfectū esse,

memor



memor sum. Id uerbum idem infinitiuū habet instās & perfectū, quasi meminisse. Futurū infinitum nonnulli declinant, quasi memorē futurum. Quomodo & alij tentant ex superiori uerbo declinare, quasi futurum perosum. Et quē admodum superius illud, sic certe nec memini participia admittit instantis. Est tertium his simile, ut quidam putant. Nec uero defuerunt, qui hoc uerbum presentis temporis esse dicerēt, noui nouisti nouit, et id simile esse instanti, et perfecto, ut memini. Nonnulli et in hoc faciūt discrimen, ut sit perfectum, notum habui. Nec refert si hæc diuersa positione, diuersum declinationis modum, tēpore admittunt perfecto. Sunt enim corrupta. Imperatiuum quasi futurum non habet. Infinitiuum instans, à perfecto nonnulli ita distinguunt, ut sit noscere instantis, nouisse perfecti. Alij similiter declinant utrunq; tempus nosse, ut meminisse. Apud ueteres plurali manero huius uerbi instans comperitur, qd' (nouimus) dicūt. Ita Ennius: In lustris nos quiescere equū ē, nouimus ambo Vlyssē. Apud ueteres etiā alio modo ex hoc uerbo formatam declinationem reperimus, quasi nosco sit instans. Quibus annuere libuit, cum exemplo cognoscerem, quale est apud Vergilium: Nosco crimes, incana' que menta. Ex quo fit compositum cognosco cognoui, agnosco agnoui, ex quo nonnulli ueterum declinauerunt agnotum et agnoturum.

## DE VERBORVM

qualitatibus.

Hactenus de corruptis, quorum declinationes in superiori

b s riori

## DIOMEDIS GRAM.

rioribus habemus. Qualitates sermonis certissimas, quibus tempora copulata inter se connectuntur, ita accepimus, finitiuam, optatiuam, subiunctiuam, quas notas tibi certo scio. Id aequè scies quicquid significant simul, quod non alienum sit, et quod scribere tibi parauimus. Tempora quoque principalia, et quae ex his deriuantur ista esse. Instans quod et praesens, praeteritum imperfectum, perfectum, plusquamperfectum et futurum, de quibus differere non longe alienum praesenti tuo desiderio est, quibus temporibus breuiter dicta uniuersa nobis administrantur. Omnino igitur ista tempora, quonia modo finitiua, nonnunquam optatiua, saepe numero subiunctiua sunt, sic nobis subiunguntur: Sermo dum finitiuus est, eum absolute efferimus. Dum uero optatiuus, aut subiunctiuus, dum repleatur sensus, necessario subiungimus. Vnde subiunctiua quoque appellata est uerbi qualitas. Iunguntur igitur inter se tempora hoc modo: Iungitur instans finitiui modi, instanti finitiuo, ut Cicero: De te autem Catilina cum quiescunt probat: cum patiuntur, decernunt: cum tacet, clamat. Item Terentius: Cum placo, aduersor sedulo, uix tamen humane patitur. Item imperatiuo modo, ueluti, id quod res est dico, tu conijcito cetera. Ego scribo, tu lege. Ego lego, tu audi. Item infinitiui instanti, ueluti: Meditor esse affabilis, et bene procedit. Item: Credo ita uideri tibi. Et: credo uos iudices morari. Volo uidere. Volo discere. Infinitiui futuro, ueluti: Puto ita euenturum. Et: Nepe opinor dicturum patrem. Infinitiui item praeterito, ueluti: Euenisse ex sententia letor. Et uideor mihi iecisse fundamenta defensionis meae.

LIBER PRIMVS.

Iungitur finitiui modi tēpus imperfectum, modi sub  
iunctiui tempori imperfecto, ut Mirabar hoc si sic abi-  
ret, et heri lenitas uerebar quorsum euaderet. Et hic so-  
lebamus ferè plerunq; eam operiri, dū inde iret domū.  
Iungitur perfectum tempus modi finitiui, instanti im-  
peratiuo, uelut, Ita ut dixi face Sostrata. Et, Face (ut ius-  
si) deducantur isti. Itē imperfecto finitiuo ueluti, Venit  
et ad ripas ubi ludere sepe solebat. Item imperfecto sub-  
iunctiui, uelut, Dum hic ueniret, locum relinquere uolu-  
it. Item futuro subiunctiui, ueluti. Fixi feceris iussus, sed  
tamen obedieris. Item in instanti infinito, ueluti: Face-  
re constituit. Querere consuevit. Item præterito infi-  
nitiui, ueluti, Dixi ego in senatu cædem te optimatum  
contulisse. Item in futuro infinito, ueluti, Nā constitui  
cum quodam hospite, esse illam conuenturū. Et, cum me-  
tum uxorem credidisti, scilicet ducturum.

Iungitur plusquamperfectum tempus finitiui modi, in-  
stanti finitiui, ueluti, Dixerat ille etiam per mœnia cla-  
rior ignis. Auditur item instans finitiuum, futuro finiti-  
uo, ut apud Vergilium: Quanquā animus meminisse hor-  
ret luctuq; refugit, Incipiam. Item instanti subiunctiui,  
ueluti. Dico quamuis intelligas. Reperimus apud uete-  
res, instans finitiuorum iungi etiā imperfecto subiuncti-  
uorū, qđ raro sit, cuius exēpli prodedi gratia, uel sola  
Tulliana sufficit autoritas. Ait enim in Rosciana sic:  
Cū nulla prescriptionis mētio fieret, cum etiam omnes  
qui antea meruerant redirent, etiam esse defunctos pe-  
riculis arbitrarent, nonē refert in tabulis Sexti Roscij.



DIOMEDIS GRAM.

Iungitur imperfectū finitiuorū, imperfecto subiunctiuorū, ueluti. Dicebas quantū intelligeres. Idem tempus iungitur perfecto et plusquāperfecto subiunctiuorū, ueluti. Dicebā, quamuis intelligeres. Dicebā, quamuis intellexisses. Itē futurū finitiuorū, iungitur præsenti subiunctiuorū, et prætérito perfecto, et futuro, et optatiuorū futuro. Ita, dicā, si intelligas. Dicā, si intellexerim. Dicā, si intellexeris. Dicā ut intelligas. Nonnunquam iungitur perfectū finitiuorū, futuro optatiuorum, ueluti. Dixi ut facias. Cæterum et imperfecto subiunctiuorum iungi diximus, sed hanc affert differentiam, ut intersit utrū Dixi ut faceres, an dixi ut facias, enūciem⁹. Quoniam in superiori, dixi ut faceres, tempus, quo ut facias dixi, præteritū significat, in eo uero quod est, dixi ut facias, tempus præteritū, futurū suspendit: cū adhuc (quoniam fieri posset quod iussi) incertū sit, fiat nec ne. Itē subiunctiuauicissim inter se iunguntur hoc pacto, imperfectum imperfecto, ut, dicerē si scirem. Plusquamperfectum plusquamperfecto, ut dixissē si sciuissem. Itē imperfectū plusquamperfecto, sic, dicerem, si sciuissem. Et uerba uice plusquamperfectum imperfecto, sic, scripsissem tibi, si scirem. Et priore quidē sermone, scriberē tibi si scissem, significat fuisse se scripturum uel semel, si sepius cognouisset. Sequenti scripsissem tibi si scirem, significat scripturū sepius se fuisse, si uel semel sciret. Si quid difficultatis in se habere uidebitur hæc res, ei, non mihi imputabis. Poterit tamen hæc qualiscunq; est, præsentiā cōmuni corrigi. Sermo latinus duobus modis in-

telligit



telligitur, aut per imperfectū, aut per futurū optatiuorū. Sic per futurū, quoties aut instans aut futurū finitiuorū præponit. Velut, dico ut facias, dicā ut facias. Quoties autem aut imperfectū aut perfectum aut plusquæperfectū, per imperfectum, ueluti, Dicebam ut faceres. Dixi ut faceres, Dixerā ut faceres. Sin autē longus sermo effertur, adunationis causa recipitur futurum subiunctiuorum, et plusquamperfectum optatiuorum, ueluti, Dico ut facias, et cum feceris mittas. Si dixissem, fecisses. Utinam dixissem et fecisses.

DE QVORVNDAM CONIUNCTIONIONŪ PROPRIETATIBUS QBUS SCILICET CŪ UERBIS

apte eleganterq; iūgi dignoscantur.

Superest ut de coniunctionibus dicamus, quæ cuique qualitati iungatur. Cum, iungitur modo finitiuis, modo subiunctiuuis, ueluti, Cum dico, cum dicebam. Item cæteris finitiuis temporibus. Subiunctiuuis quoq; sic: Cum dicam, cum dicerem. Item cæteris subiunctiuuis temporibus. Sed interest, utrum finitiuis an subiunctiuuis iungat. Finitiuuis enim iungitur, quoties ad tempus quo agebā refertur, ueluti, Cum dicam, ueni, id est ipso, tempore quo declamabo. Si cum dicebam, uenisset, si eo ipso tempore, quo declamabam, uenisset. Et apud Vergilian: Cum uenit, aulæis iam se regina superbis Composuit, id est, tempore ipso, quo uenit. Et apud Ciceronem: Tantum profeci tum cum te à consulatu reppuli, id est, ipso tempore, quo reppuli, profeci. Sic quoq; modo infinitiuo, tempore futuro coniungitur, ut apud Vergilian: Cū dabit amplexus

DIOMEDIS GRAM.

plexus, atque oscula dulcia figat, id est, eotēpore quo dabit amplexus, & figet oscula. Sic & Cicero: An cum bello uastabitur Italia, uexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas inuidiæ incendio conflagaturum? Significat enim, ipso tempore inuidia ipsum conflagraturum, quo uastabitur Italia, & tecta ardebunt. Hoc pacto iungitur finitiuis. Subiunctiuis uero, cū post factum aliquid per factū significat, ueluti, cum uenisset, declamaui. Significat enim prius uenisse eum, et sic coepisse declamare, ut apud Ciceronem: Cum ille homo audacissimus consciētia conuictus, primo reticuisset, postremo patefecit. Itē, si modo finitiuis, modo subiunctiuis iungit. Finitiuis sic, Si uenio, si ueniebat. Itē et ceteris finitiuis tēporibus. Subiunctiuis uero sic, Si ueniā, si uenirē, & ceteris itē subiunctiuis tēporibus. Sed finitiuis iungitur hoc modo, quoties res facta significatur, ueluti apud Ciceronem, si illustrantur, si erumpunt omnia. Nec enī dubitat an illustrentur, sed quia illustrantur, suadet, ut mutet Catilina mentem. Et Vergilius: Si te fata uocant. Sic quoque & perfecto iungitur, ut apud Vergilium:

Si potuit manes accersere coniugis Orpheus.

Affirmat enim potuisse. Item apud Ciceronem: Quid si hæc quæ dico, maiora fuerunt in Clodio, q̄ in Milone? Subiunctiuis uero iungitur, quoties conditionalis & incertus est sermo, ueluti, si facias, si faceres. Qui enim sic loquitur, non factū interim declarat. Dum iungitur finitiuis, ueluti, Dum uenio, Quoties uero pro eo quod

est dummodo, ponitur, subiunctiua recipit, ut apud Vergilium: Dum conderet urbem, id est, dummodo conderet. Dum etiam, si alicuius profertur sermo declinationis, ad illū reformatur, ueluti, Petebas, ut dum uenires, facerē. Sic quoq; recipit subiunctiua. Donec iungitur subiunctiuis, ut donec ueniam.

Item num, si præpositum fuerit illi, aliquod uerbum finitiuum, recipit subiunctiua, ueluti Cicero: Interrogauimus, num dubitaret eò proficisci, ut sit species relatiua. Ferè enim præposito finitiuo uerbo parti orationis dubitatiue, subiungitur species subiunctiua, ueluti, Nescio quid dixerit, quare uenerit, nescio cur dixerit, & similiter, ut apud Ciceronem: Credo ego uos iudices mirari, quid sit quod ego potissimum surrexerim. Quamquam idē Cicero in eodem aliter enunciauit: Non est quod metuas Glaucia, nō te scrutor, si quid forte ferri habuisti. Alio uero finitiua ut apud Terentium: Nunquid me tibi opus est? Item, Quare uenisti? Cur dixisti? Cur id fecisti? et similia, quia non præponitur uerbum. Item Quamuis et licet, recipiunt subiunctiua, ut Quamuis uenires, ut apud Vergilium: Quamuis Elysios miretur Græcia campos. Item licet uenias. Item Quamquam, finitiua recipit, sicut apud Vergilium: Quamq; animus meminisse horret. Item, Dummodo subiunctiua recipit, ueluti Dummodo uenias. Item, Ut recipit finitiua acuto accentu elata. Effertur autem, quoties pro eo accipitur, quod est quomodo, ut apud Ciceronem: Ut sustinuit? Immo uero ut contempsit? id est quomodo.



DIOMEDIS GRAM.

Quoties uero pro eo quod est apud Græcos *ἴνα* accipitur, optatiuus iungitur, ueluti, Vt faciā. Nonnunquam tamē accentu acuto elatum recipit subiunctiuum, præposito sanè finitiuo, more quo supra relatā formam diximus, ut apud Vergilium, Infandū regina iubet renouare dolorem, Troianas ut opes, et lamētabile regnū Eruerint Danaï, id est, quomodo eruerint. Item Vtinam, recipit optatiua, ueluti, Vtinā ueniam, Item, Ne, acuto accentu elatum recipit imperatiuus, ueluti, Ne, fac. Quoties uero graui accentu, pro eo quod est apud Græcos *μή* accipitur, optatiua recipit, ut apud Horatiū, Ne facias. Nonnunquam etiam *εἰ* si acuto accentu effertur, Optatiua recipit, ueluti, Ne uenias, ne scribas. Sed interest inter hoc *εἰ* illud quod diximus, ne fac, quod hic suademus, superius imperamus. Recipit quoque idem ipsum acuto accētū elatum finitiua, quoties ironice accipimus, pro eo quod est apud Græcos *ὡς*, facta affirmatione, quod est apud Cice. Næ illi uehemēter errāt. Affirmat enim illos uehemēter errare. Quoties uero rei dubiæ *εἰ* quasi cōditionali aptatur, recipit et subiunctiua eodē accētū elatū, ut apud Cice. Ne tu heri accusator esbes ridiculus. Item Postquam, modo finitiua, modo subiunctiua recipit. Finitiua, quoties iunctim accipitur, ut est apud Vergili. Postquam res Asiæ Priamiq; euertere gentem Inmeritā uisum superis, id est, postquam uisum superis. Subiunctiua uero, quoties secernitur, ut Postquā uisum fuisset, factum est. Et similia. Item antequā, modo finitiuis, modo subiunctiuis iungitur, cōtra ac superius, iunctū subiunctiuis.



Et iuis, ueluti Antequam uenisses. Disiunctū finitiuis, ut apud Verg. Ante pudor quam te uiolo. Item, Nisi et ni, subiunctiua recipit, ueluti, Ni fecisses, et ni feceris. Quā quam apud Ciceronē, nonnunquā finitiuo iungitur, tūc maxime, cum parum liquet sensus, ut apud eundem: Ni si forte maius patefacere nobis prouincias, quo exire possimus, quā curare, ut etiā illi qui adsunt abeant, quo uictores reuertantur. Relatiua species uerbi dicta uideatur, cū ad eum sermonem sequētia referuntur, quo dependet sequens. Hanc speciem cōsuetudine parū obseruant multi, imperitiā lapsi cū dicunt, nescio quid facis, nescio quid fecisti. Quo more Cicero certe nō loquitur pro Sexto Roscio, Credo ego uos iudices mirari, quid sit, quod cum tot summi oratores hominesq; nobilissimū sedeāt ego potissimū surrexerim. Non dixit, credo uos mirari quid sit, quod surrexi, quod est id. *id. in no. uos.* Figuratur autem huiusmodi sermo, hoc pacto. Refert enim, nō modo agnoscere qualis sit species, sed adnotare, quomodo seruetur. praeposito sermōe, interiecta parte orationis quare, quid, num, cur, & similibus, ut apud Vergilium: Infandum regina iubes renouare dolorem, Troianas ut opes & lamentabile regnum, Eruerint Danai. Refertur enim eruerint, ad id quod est, iubes renouare, eodem pacto, & cetera.

Sic & in r. Georgi. Ac prius ignotū ferro q̄ scindim⁹ equos

#### DE QVATVOR VERBORUM SPECIEBUS.

Species uerborum sunt hæc, relatiua, usurpatiuā, affirmatiua, cōcessiua. De relatiua diximus. Vsurpatiuā species

DIOMEDIS GRAM.

cies est huiusmodi, cum dicimus, Legendo proficit, id est, dum legit. Legendi causa uenit, id est, ut legat. Legendum tibi est, id est, necesse est ut legas. His enim sero castius usurpatur dicta, quod usu exerceri, quodq; hoc pacto eloqui demonstrat. Deriuatur autem quasi ex participio futuro passiuo, et licet uerbu non admittat passiuam declinatione, nihilominus sero ex omni uerbo talis haberi dictio potest, uelut: Natando exercetur, id est, dum natat. Et, natandi causa uenit, id est, ut natet. Et, natandum tibi est, id est, oportet ut nates. Item cum dicimus, Vapulando corrigitur, & uapulandi causa, & uapulandum est tibi. Nec tamen est nator aut uapulor. Ideo non est participialis iste sermo, sed propria sermonis species. Participia enim cum sicut talia, recipiunt genus et numerum, ueluti, in his legendis. At species usurpaua, infinita est: nihil enim horum recipit, cum dicamus, legendo ego proficio, sine omni genere. Item numero, legendo proficimus, et similia. Affirmatiua autem species est huiusmodi, cum in re dubia (in qua paru alter cantibus absentimur) specie subiunctiua, quasi sit factu, affirmamus, ueluti cum dicimus: Fecerit, dixerit, id est crede eum dixisse aut fecisse, quod neq; dixerit neq; fecerit. Nam si factum esse reuera animum inducimus, finitiuo utimur sermone, id est, fecit. Hic sermo confitens est: superior (cum dicimus fecerit, dixerit, legerit) non confitentis legisse, uel dixisse, uel fecisse, sed affirmatis, etiam si fecerit, uel dixerit, uel legerit (quod nequaquam factum esse constat) nihilominus nihil esse commissum.

Quale est apud Ciceronem pro Milone: Seruum etiam ut corruerit. Non dixit, Seruum corrupit, neq; enim confitetur corrupisse, sed affirmat etiam si corruerit nihil criminosè Milonem commississe. Et alibi idem in eodem: Sit ita factum, id est, credite ita factum esse, cum non sit. Talis est affirmatiua, quæ altercationis tollendæ gratia, sub simulatione confessionis inducitur. Concessiua præterea species est, qua tum demum utimur, subiunctiuam inserentes qualitatem, cum suadendo cuiquam quod expediat, non persuademus, & desistentes (dum nos uolumus crimine absoluere) concedimus, arbitrio eius remittentes, quod pertendat facere. Ut cum loquimur ne faciat, sanè suadentes. Illo pertendente, ut magis faciat, addimus uideris, feceris, id est, licet tu uideas, tu perspicias quid facias. Hoc dicimus sub specie concedendi potius cunctantes. Nam cum facere ex animo suademus, nõ ita loquimur feceris uideris, sed facias uideas, exhortatiuo utètes sermone. Enuntiatione igitur eadem affirmatiua & concessiua est species, sensu uero differt. Quoniam quæ liqueant nobis non esse, affirmantes, quasi sint facta defendimus. Item quæ nequaquam uolumus fieri, uerbo uelut fiant concedimus, ut pertinaciam contendendi euitemus.

## IMPERSONALIS

### VERBORVM DECLINATIO,

simul & de eorũ constructione.

structiõe.

i 2

Impet

DIOMEDIS GRAM.

**I**mpersonalis uerborum declinatio, personæ tertiæ formam habet, quam additis pronominiibus, et pro prima & secunda personis usurpant, quasi pudet me, te, illum. Et cum uentum est ad numerum pluralem, pronomina duntaxat numero iunguntur plurali, cum dicimus, pudet nos, uos, illos. Nonnunq̄ & ipsa uerba impersonalia numero plurali iunguntur. Vt dicimus, decet me penula. Item decet me penula, & similia. Quæ tali significatione, & primam admittunt personam, cū dicimus, & egote deceo, & tu me deces, idq; per totā declinationem. Impersonalia trina forma terminatur, et est prima, quæ in et exit. Secūda in it. Tertia in tur. Et quæ in et exeūt, duas formas habet. Quædā enim ab indicatiuo ueniunt, ut misereor miseret. Alia à se deriuantur, ut pudet tædet, decet, libet, licet. Item quæ in it, uniformiter terminantur, quasi contingit, euenit. Itidē quæ in tur exeunt, tam ex omni genere uerborum nascuntur, q̄ ab indicatiuo, sed duntaxat figura passiuæ, tēporibus omnibus declinantur, ut lego legitur, curro currit. Quæ à quibusdam nominantur genera, sed inter modos uerborum placuit rectius ordinare. Siquidem alia quæ ex se oriuntur, nonnulli inter genera uerborū collocare uoluerunt, quorum declinatio, sicuti uerba cætera, pōis modos decurrit. Hac itaq; ratione hic impersonalis modus, cæterorum impersonaliū genere separatur. Huiusmodi præterea uerba casibus accommodantur. Hæc enim quæ in et terminatur, modo datiuo, modo actō casui seruiunt: uelut, Libet mihi, tibi, illi. Decet me, te, illū. Quæ



in it exeunt, dō casui copulatur, ut contingit mihi, tibi, illi. Quæ in tur exeunt, dō & abtō casui copulantur. Datiuo, ut dicitur mihi, tibi illi. Abltō, ut geritur à me, à te, ab illo. Ex his quoq; quædam sunt primi ordinis, ut Iuuat me, te, illum. Restat mihi, tibi, illi. Item alia sunt secundi ordinis, ut Decet me, te, illum. Libet mihi, tibi, illi. Oportet, pœnitet, pudet, & similia. Item tertij ordinis correpti, ut Accidit mihi, contingit mihi. Item tertij producti, ut Expedit, & cōuenit, et euenit mihi. Hæc enim primam & secundam personam non habent. Per tertiam, tres personæ, addito pronomine, significatur: Ex his præterea uerbis, quædam licenter ueteres tēpora figurabant perfecta ex forma actiue declinationis, more passiue declinationis, uelut Libet mihi, libitum ē mihi. Placet mihi, placitū est mihi, ut apud Ver. Sic dijs placitum. Item, pudet puditum est, miseret misertū est, pro eo sanè quod est libuit, placuit, puduit. Itē tædet pertæsum est, unde Ver. Si non pertæsum thalami. Sed tæmen hæc quidam perfecta, ex forma passiue declinationis, aliter figurando declinabant, ut est pudetur, tædetur, licetur: eorū præteritum perfectum, puditū est, licitū est. Nam puduit & licuit more actiue declinationis dicim⁹, tæduit aut dicere nō possumus, sed nec tæsum ē: quidā tantūmodo pertæsum cōposita figura dixerunt. Ex his quoq; nōnulla impersonalia, sub diuerso sensu eadē personalia sunt, & cæteris similia, ut cū dicimus, placet mihi, i. uidetur. Itē placeo places placet. Licet mihi i. potestātē habeo, et liceo denarijs dicimus cū ad preti

DIOMEDIS GRAM.

non referimus, ut est, liceo denarijs totidē. Cōtingit mihi, contingit tibi, quasi euenit: sed et contingo contingis dicimus. Itē iuuat me, te, illum, dicimus: quasi iucundiam est mihi: sed et iuuo iuuas dicimus. Impersonalium declination non facile admittit participia, et errant qui de cens, pudens, participia opinantur esse, cum sint appellationes. Passiua uero impersonalis declinatio huiusmodi est, et figuratur ex uerbis, quæ absolutiua sunt. i. neutralia, quæ licet cæteras personas nō admittant passiua declinationis, quoniā sunt neutralia, nihilominus tertiā personam admittunt passiua, et declinantur passiua declinatiōe, more impersonali, quasi, pugnatur à me, à te, ab illo: item certatur similiter: ut, Pugnat cominus armis. et, Certatur limine in ipso. Item, describitur à nobis. Viuitur hoc pacto. Itur in antiquā sylvam. Quæ specie, non quis faciāt, sed quid fiat, demonstratur. Numeri pluralem ipsa hæc declinatio admittere non potest. Ut enim, decent nos penulæ, sub actiua specie impersonali dicimus: euntur à nobis uia, dici non potest, sed, Itur à nobis in uia, Pugnatur à nobis in bello. Huiusmodi autē neutralia accommodantur loco, tēpori, personæ: ut, Bene illo loco studetur: bene illa hora studetur: bene studetur ab illo. Sūt præterea uerba, quæ cum sint personalia, ab actiua declinatione collata in personā patientis impersonali more figurantur. Ea sunt, quæ datiuo casui coherent, uelut, maledico tibi, inuido tibi, consulotibi, obijcio tibi, prouideo tibi, noc eo tibi. Hæc omnia in persona patientis nō recte dicimus, maledicor à te, sed maledicatur,

dicatur, et inuidetur mihi à te, malediciti tibi à me, obij-  
 citur mihi, consulti mihi, prouidet mihi, impatur mihi,  
 nocetur mihi à te, et cætera similia. Nō enim dicimus,  
 noceor noceris. Huiusmodi enim uerba passiuā naturā  
 non habent. Cæterū hoc modo tantū declinant, dū illud  
 tamen sciamus, etiā infinitis omnibus eandē utiq; inesse  
 passiuā significationē, ut apud Cicronē, Nihil mihi ab  
 istis noceri potest. & apud Salu. in Iugur. Cū Gallis p  
 salute, non pro gloria certari. Verū hæc et similia, anti-  
 quitatis consuetudine, diuersa reperiuntur figurata de-  
 clinatione. Apud quosdā enim et per cæteros modos im-  
 personaliū declinatio decurrit, et hac ratione genus po-  
 tius, q̄ modū esse dixerūt. Nā cū sit indicatiuum, curri-  
 tur, hoc est, omnes currunt, facit imperatiuum, curra-  
 tur. Optatiuum, curreretur. Subiunctiuum, cum cur-  
 ratur. Infinitiuum, curri. Quam declinationem qui  
 probauerit, sciet certari et noceri quoq; Latinum esse,  
 & Salustium & Tullium impersonali modo, infiniti-  
 uum recte posuisse.

Nunc demū operæ pretiū est, ueterū inuisere et percur-  
 rere libros, quo per facile innotescat, pari ferè passu mo-  
 rū ac literarū cucurrisse licentiā, et p̄inde ut alios mo-  
 res, ita prisca et aliū fuisse sermonē. Nam ut præclare  
 dixit Teren. Nihil dictū, quod non sit dictū prius. Sed  
 iniecit postera ætas manum: et ueluti disciplinam pri-  
 stini seculi, ita & sermonem fastidire cepit, & no-  
 ua uelut parturire uerba, que iuuenum ritu, ipsa mo-  
 do florent & uigent, & (ut ait Horatius) Vt sylua



DIOMEDIS GRAM.

folijs pronos mutantur in annos Prima cadunt, ita uerborum uetus interit etas, Et iuuenum ritu florēt modo nata, uigentq;. Exempli tamen gratia, quedā cōmemorabimus, quibus cuilibet uti, more uetustatis permittatur. Plura enim uerba, quæ uulgo passiuo more declinauimus, apud ueteres diuersa reperiuntur denunciata de clinatione. Frustrō, quod uulgo frustror, id est, decipio. Item patio, pro patior. Moro, quod crebro moror dicimus. Item demolio, auxilio, populo, digno. Hæc et alia apud ueteres reperimus, contra morem doctorum posita. Nūc dicet aliquis, quos ueteres nominare potes, hoc modo loquētes? Sanè frustrō apud eos reperitur. Ut C. Cæsar apud milites de cōmodis eorum: Non frustrabo uos milites. Item patio. Næuius in Proiecto: Populus patit (inquit) tu patias modo. Item moro. Næuius in eodē: Quid moras? Item Pacuuus in Hermione: Paucis absoluit, ne moraret diutius. Ennius, An aliqd, quod dono illi morares, sed accipite. Item Demolio. Varro in pœtico libro: Et tamen non demolio astra. Item in epistolicarū questionū: Demoliuit tectum. Item Næuius in Corollario: Hæc demolite inqt. Itē Auxilio, ut Gracchus aduersus Furium: Quibus ego primū cum auxilio. Populo, ait Plautus in Foeneratricio: Quæ ego populabo propere. Digno ut Pacuuus in Hermione: Cū neq; aspicere equalis dignarēt eius. Me dies deficiet numerātem exēpla. Sed hæc hactenus hæc, quæ memoria suggerere potuit, ne in uanum serpat commentarius.



## DE PARTICIPIO

**P**articipium est pars orationis, dicta quod duarū partium (quæ sunt eximiæ in toto sermone) uerbi et nominis uim participet. Capir enim à nomine, genus & casum, à uerbo aut̄ significationē, qualitatem & tēpus, ab utroq; numerū & figuram. Significationes participiorum quinque sunt, quemadmodum in uerbo, Actiua, passiua, neutra, deponēs, communis. Actiua est, ut uocans, docens. Passiua, ut uocatus doctus. Neutra, ut natus uigans, uolans. Deponens, ut luctans, sequens. Communis, ut consolans criminans. Qualitas participiorum similiter, quemadmodum in uerbis, in quatuor species distributa est: Absolutam, Inchoatiuam, Frequentatiuam, Meditatiuam. Absoluta est, ut legens, docens. Inchoatiua, ut seruescens, lucefcens. Frequentatiua, ut cursitans, queritans. Meditatiua, ut esuriens, parturiens. Tēpora participiorū sunt tria. Præsens, ut sequens. Præteritū ut secutus. Futurum, ut secuturus. Genera et casus ex noie tracta facile noscimus. Numerus quoq; & figuratā ex uerbo quā in ex nomine intelligi potest.

Participia trahuntur à uerbo actiuo duo, præsentis tēporis, & futuri, ut docens & docturus. A passiuo duo, præteriti & futuri, ut doctus et docēdus. A neutro duo, præsentis tēporis & futuri, currens, cursurus. Interdum tria, cū declinatio passiua miscetur, ut gaudens, gauisus & gauisurus. A deponenti tria, luctās, luctatus et luctaturus. Interdum quatuor, ut sequens, secutus, secuturus

DIOMEDIS GRAM.

& sequendus. A communi semper quatuor, secundū for-  
 mam quidem actiuam, presentis temporis & futuri, ut  
 criminans criminaturus: secundū passiua[m] autem for-  
 mam prateriti et futuri, ut criminatus & crimināndus.  
 Participia apud nos in actiuo, temporis prateriti non  
 sunt, ut Græce dicimus ἰστορίας. Reperiuntur autem  
 in positione passiua, ea quæ non habent passiua[m] decli-  
 nationem, sicut apud ueteres inueniuntur. Iuratus (nō  
 enim dicimus iuror) similiter & pransus, coenatus, po-  
 tus, quæ participia esse, aut uerborum significatio, aut  
 figura non patitur. Minime enim à uerbis deriuantur.  
 Et hæc duntaxat reperiuntur in toto sermone partici-  
 pia, quasi passiua, quæ originem non habent, quale est:  
 Iurati iudices pronunciauerunt. Item apud Ciceronem,  
 Coenatus est cubitum cum duobus filijs. Apud eundē Pro-  
 Milone: Pransi poti, oscitantes. Sed neq; iuror neq; præ-  
 deor neq; coenor dicitur. Apud Turpilium in comœdia  
 nobili, cuius titulus Demetrius, legimus: iurata non sum,  
 per seculo finitio dictum. Iuuenis est qui consulit, mere-  
 trix respondet: non sum iurata, pro eo sanè quod est, nō  
 iurauit. Sed in cæteris uerbis & participijs dici non pos-  
 sunt. Participia in passiuo presentis temporis non sunt.  
 Abutuntur autem ueteres actiuo pro passiuo, ueluti, Ger-  
 nibus quæ uolutās Herebat. Deest enim se, ut sit uolutās  
 uolūtās. Item præcipitans traxi mecum, de est, me, ut  
 sit, præcipitans ἄτακτος. Sunt quedam nomi-  
 na participijs similia, quæ quoniam uerbi originem non  
 habent, propterea nō sunt participia sed nomina, ut tu-  
 nicatus.

*nicatus, galeatus, penulatus, togatus. Quaedam participia & nomina cōmunit̄ esse possunt, ut passus, uisus, cultus, quae genitiuo casu discernūt̄ur. Nam si nomina fuerint, genitiuum casum in us longam syllabam mittunt, ut huius passus, uisus, cultus. Participia autem in ð mittunt, huius passi, uisi, culti. Errant longe qui opinantur moribundus, uitabundus, furibundus esse participia. Sunt enim appellationes. Moriturus uero est participium. Ceterum ferè tantum distat in hoc sermone cum dicimus, moriturus & moribundus, quoniam moribundus licet mortem non sit subiturus, nihilominus similis morituro. Tale est furibundus similis furenti, sed sine furore. Item cum legimus apud Salustium: Vitabundus (inquit) per saltuos a loca recedebat. Non utiq; uitans, sed uitare simulans. Haec plerunq; differunt. Participia etiam saepe tēporibus deficiunt, ut furens, coepturus, studens, ratus & cetera. Item obseruandum est, quod cum uerbum accedit, quod tantum passiuam declinationem admittit, participia recipit actiua, quasi hortor, consolor. Dicimus namq; ex eo hortatus & hortadus. Itē hortans et hortaturus, quibus hortor non dicimus. Si uero tale incidit uerbum, quod sub passiuā declinatione, patiēdinim parum admittit, futurum participium declinationis passivae, non ferè admittit, ut quasi expergiscor, cūctor, expergiscēdus & cunctandus, sermo absurdus uidetur, quia sensum non admittit.*

DE



## DE ADVERBIO

**A**dverbium est pars orationis, quæ adiecta uerbo, eius sensum implet atque explanat. Nam cū dico, Palæmon docet, nondum habet suam uim satis planam, nisi adiecero, male aut bene, et ideo adverbium appellatur, quia semper adiicitur uerbo. Scaurus ita diffinit: Adverbium est rei modus adiectiuus, ipsam pronuntiatione diffiniens, ueluti recte, diligenter, optime. Adverbium dicitur ideo, quoniam ad uerbum tendit, in eadem sententiæ cōspiratione, ut recte dixisti, diligenter fecisti, optime legisti.

Adverbio hæc iuncta sunt discrimina generalia tria, forma, modus, finitio. Forma cōtinet aut simplicem aut cōpositam. Modus cōtinet quantitatem, ut plus minus uel. Finitio continet summam. Adverbia aut suæ sunt positionis, aut ab alijs partibus orationis trahuntur. Per se nascuntur ut nuper. Hæc quæ ab alijs transeunt, uarias habent formas. A proprio nomine ducuntur, ut Tullius Tullianæ. A pronomine, ut mecum, tuum. Item à uerbis, ut cursum. Item à nomine et uerbo, ut pedetemptum.

A participio, ut indulgens, indulgenter. Item à nomine appellatiuo, ut docilis dociliter. A uocabulo, ut hostium hostiatim. Verum ne has quidē omnes uarietates per se

Modus.) Hoc in adverbij D. Augustinus in suo de arte Grammatica libro, ubi de adverbij tractat, gradū appellat: Adverbium, inquit, accidit figuratio, figura & gradus. & paulo post in eodē: Et gradus, inquit, accidunt adverbij, quoties appellatione, unde transeunt, comparantur &c.



quendas putarim. Satis est posuisse aliquas, per quas cæ-  
 teræ colligantur. Aduerbijs accidunt, Numerus ut se-  
 mel, bis, ter, quater, quinquies, & deinceps. primum, ite-  
 rum, tertium, rursus, duntaxat, sepe, sæpius, sæpissime,  
 millies, decies. Negatio, ut non, nequaquam, haud, pa-  
 rum, secus, minime. Confirmatio, ut etiam, quidni, nem-  
 pe, quippe, profecto, uidelicet, plane, maxime, scilicet,  
 licet, ilicet, nimirum. Demonstratio, ut ecce, en, ellum,  
 eccun, eccam, sed hæc pronomina quidam esse dixe-  
 runt. Optatio, ueluti ut, utinam, o si. Aestimatio, ut  
 caro, uili. Ordinatio, ut primo, secundo, deinde, dein-  
 cept, tunc, ante, prius, deniq;. Interrogatio, ut cur, qua-  
 re, quid ita, nempe, nonne, quamobrem, utrum. Simili-  
 tudo, ut quasi, ceu, itaq;, perinde, ac si, prout, itē, adco,  
 ueluti, tanq;, sic, quemadmodū. Dubitatio, ut an, utrum,  
 fors, forsitan, fortassis, fortasse. Inuocatio, ut heus, eho.  
 Responso, hei. Prohibitio, negatio, affirmatio, ut Ne.  
 Prohibendi modo, Ne fac. Negandi modo, ne id facias.  
 Affirmandi modo, Ne tu heri accusator ridiculus esses.  
 Communicatio siue cōgregatio, ut pariter, simul, unā.  
 Separatio, ut seorsum, separatim, semote, se segregatim.  
 Optio, ut potius, immo. Euentus, ut forte, fortuitu. Qua-  
 litas, ut bene, pulchre, sapienter, prudenter, agiliter, ui-  
 riliter, expedite. Quantitas, nimū, plus, minus, multū,  
 tantū, tantūmodo, satis, parūper, sublimiter. Precatio,  
 ut sodes. Iusiurandū, hercule, mehercule, mediufidius,  
 mecastor, ecastor, perpol, ædepol. Tempus ut modo, he-  
 ri, hodie, cras, statim, nunc, nuper, perendie, olim, aliquā-  
 do, quā-

DIOMEDIS GRAM.

do, quando. Loca quæ quatuor describuntur. Nam aut aduerbia in loco sunt, ut hic, illic, ibi, alibi, intus, foris. Aut aduerbia sunt ad locum, ut huc, illuc, quò, aliò, intrò, foras. Aut aduerbia de loco, ut hinc, illinc inde, aliunde. Aut aduerbia per locũ, ut quã, hac, illac, istac, rectã. Aut communia omnium partium, ut peregre, penitus, rursum, deorsum, sursum, passim, anguste, late. Etiam nomina ciuitatum in aduerbia redigi possunt. Et eorundem, quæ genitiuo casu i & e syllabis finiuntur, quando in ipsis ciuitatibus sumus, uel illic aliquid agimus, ipso genitiuo casu uti debemus, ut Romæ sum, Romæ studui. Arimini uersor, Arimini moror. Quando autem ad ipsas ciuitates perginus, aduerbium facimus ad locum, casu accusatiuo, ut Romam uado, Ariminum pergo. Si uero inde digredimur, septimo casu utendum est, ut Roma uenio, Arimino discedo. Ea uero nomina ciuitatũ, quæ genitiuum in is syllabam mittunt, in una tantũ parte dissentiunt à superioribus. Nam & aduerbium loci in loco, septimo casu seruiamus, ut Narbone sum, quia facit huius Narbonis, Babylone sum, quia facit huius Babylonis. Rus etiam & domus & humus in aduerbia redigi possunt. Nam si aduerbium loci ad locum ponimus, ita dicemus, Rus uado, domum pergo. Si illic fuerimus, ita dicemus, Ruri sum, domi moror. Si inde ueniamus, septimo casu utimur, ut Rure uenio, domo discedo. Humus autem nõ recipit, nisi aduerbium loci in loco, ut Humi nascitur. i. in humo. Et hæc quatenus aduerbia sunt dicenda melius præpositio eis detrahitur, si tamen ciuitatum

tum ut ceterorū locorum nomina fuerint, destinata ali  
 oqui prouincijs, prepositio applicabitur, ut ab Italia ue  
 nio, in Italia sum, ad Italiam uado. Poëta tamen sæpius  
 ab hac obseruatione discedūt. Sunt præterea nomina ci  
 uitatum, quæ plurali numero figuratur, ut Athenæ, The  
 bæ. Et his utemur accusatiuo casu euntes, ablatiue manē  
 tes & exeuntes. Comparationē recipiunt aduerbia, quo  
 ties appellationes, unde transeunt comparantur, ut do  
 ctus, doctius, doctissime, quia est Doctus, doctior, doctis  
 simus. Et quoniam aduerbia quoq; sunt, quæ per omnes  
 gradus ire non possunt, ideo his ad augendam significa  
 tionē pro comparatiuo & superlatiue, magis & maxi  
 me coniungimus: ad minuendam, minus, minime. Quæ  
 admodum comparantur, ita diminuuntur aduerbia. A  
 positiuo, ut primū primulū, lōge lōgule. A comparati  
 uo, ut melius meliuscule, longius lōgiuscule. A superlati  
 uo uel nulla exempla, uel pauca sunt.

Que aduer  
 bia compa  
 rantur.

Aduerbia quædam communia sunt cum nominibus, ut  
 subito sedulo. Aut cum pronomibus, ut quis, quo, hac.  
 Aut cum uerbis, ut age, ponē. Aut cum coniunctionibus,  
 ut quare, si, quoniam, quando, ne, ut. Aut cum prepo  
 sitionibus, ut præter, ante, præ, contra, propter. Aut cū  
 interiectiōibus, ut hem, heus, heu. Aut pro seruicem po  
 nuntur, ut Vbi, quando, tum, maxime, hic, nunc. Dem  
 que hæc aut sensus, aut plerumque inter se discernit ac  
 centus. Aduerbijs addi prepositiones quamplurime ne  
 gāt, sed tamē lectū inuenimus in primis, q̄ ē in præterito.



DIOMEDIS GRAM.

Varia ad  
uerbiorū ter  
minationes.

Quæ dixerunt ueteres, à mane. Et, ab hinc annos decē natus est, quod est, ante decem natus annos. Item post hac, ant e hac, exinde, abhinc, abusq; et poëtice, de subito, de repente, de improviso. Quorū quædā uelut una pars orationis cōposita, nonnulla seorsum, more poëtico profertur. Notandū sanè, q; ipsa aduerbia uarios habent fines. Nam quædam ex cōmunibus deriuata appellatiuis, in ter syllabam exeūt, quoties datiuus casus, i litera terminatur, ut molli molliter, uolubili uolubiliter, explicabili, explicabiliter, plausibili plausibiliter, docibili docibiliter. Ex hac regula unū dissetit, quod est facile, qd̄ quidam nomē putant pro aduerbio positum, ut est Toruum clamat. Horrendum sonat. Ceterū in compositione facilis, à quo difficilis est, difficulter facit, non difficile. Appellationes enim quoties componuntur, suam regulā seruant. Sed sæpius contra hanc regulam usurpat autoritas. Quoties datiuus o litera terminatur, aduerbia e aut o literis exeunt, sed ea quæ in e exeūt, produci debent, ut docto doctè. Similiter et reliqua. Hæc aut dissetiūt, et e correpta finiuntur, quæ nō cōparantur, nec ueniunt ex quadam appellatione, ut ritè, magnoperè, repente. Aut ea, quæ comparationis regulam non seruant, ut benè, malè, melius, peius, optimè, pessimè. Itē ea quæ à nomine uerbo ue non ueniunt, sed per se inueniuntur, ut impunè. Item quæ o litera exeunt, tam corripuntur, ut citus citò, q̄ producuntur, ut falsus falso, primò, tertio, subito, consultò, superuacuo, clandestinò, gratuito, secundo, quarto, perpetuo, tuto, secreto, necessario, fortuito, matutino.



tutinò, còtinuò, opinatò, bipertitò, tripertitò, quadriper  
 titò. Hucusq; procedit figura, quia quinquepertitò ne  
 mo dicit, nec in cetero numero ita efferre possumus.  
 Alia in tus, ut funditus, stirpitus, radicitus, coelitus, diu  
 nitus, publicitus et publicè, itè humanitè et humanè. Sed  
 in hoc postremo distinctio sensum mutat, ut sit humanè  
<sup>accusatiuus</sup>, ut est apud Teren. Tamen uix humanè pa  
 titur. Et humanitus, <sup>accusatiuus</sup>. Dicitur et humaniter,  
 ut idem Teren. ait: Cœpi non humaniter, neq; ut animiè  
 egrotū decuit, adolescētulum tractare. Quædā sunt  
 nomina in us syllabam terminata, quæ ex se bina aduer  
 bia faciunt, ut est ueterū autoritas. Transit enim in qui  
 busdam rationem, et aliter ipsa enunciat, aliter consue  
 tudo usurpat: nam gnauus gnauiter dicunt, quod nos  
 gnauè. Item duriter, quod nos durè. Item largiter, quod  
 nos largè. Item celerè et celeriter: Sunt præterea alia  
 quæ in am finiuntur, ut obuiam, nequicquam, bifariam,  
 quadrifariam, perperam, nequaquam, trifariam, multi  
 fariam. Alia in im, ut gradatim, unciatim, affatim, a  
 ceruatim, carptim, raptim, separatim, tractim, furtim,  
 summatim, priuatim, uiritim, tributim, geminatim, re  
 gulatim, paulatim, glomeratim, caesim, cursim, afflictim,  
 minutatim, deditim, partim, nominatim, uiaim, gutta  
 tim, angulatim, strictim, ubertim, sensim, uicissim, pede  
 tentim, paucillatim, sigillatim, turmatim, stillatim nu  
 meratim. Inuenitur etiam aduerbium a litera termi  
 natum, ut iniurià, cui còtrarium est, iurè. Item in i, ut  
 æsperi, itè in u, ut noctu. Item in l, ut semel. In omni  
 bus

DIOMEDIS GRAM.

bus Latinis proprijs nominibus, quæ o litera ablatiuo casu terminantur, mutata o litera in a, accedente syllabane, aduerbia fiunt, ut à Vergilio Vergilianè, à Tullio Tullianè. Et quæ apud Græcos aduerbia τὸ ὠι terminantur, ea apud nos iuxta Latinum sermonem e litera finiuntur, ut ὀμνῶν τῶν. Homericè. Omnia nomina quæ in a exeunt ablatiuo casu, et sunt sceminina, aduerbia in tunc mittunt, ut regula regulatim, uncia unciatim, rota rotatim, & similia. Item quæ in e exeunt, interdum aduerbia in tus mittunt, ut ab unitate unitus, ab stirpe stirpitus, à fundamine funditus. Item ex prepositionibus, quæ mutato accètu, in aduerbia recedunt, ut Infra, infrà stât. Supra, suprâ est. Extra, extrâ erat. Intra, intrâ sedebit. Ultra, ultrâ non faciam. Citra, citrà discurret. Circa, circâ equitatur. Iuxta, iuxtâ fecit. Contra, contrâ tēdebat. Subtus, subtus erat. Coram, corâm stetit. Palam, palâm loquitur. Ante, antè uenit. Post, post sedit. Propè, propè cecidit. Item usq; usque illam multauit, ut sit ualde. Item super, super fundit. Quandiu enim sine casibus enunciantur aduerbia, acceptis casibus prepositiones sunt. Item aduerbia quidam hæc posuerunt, quæ etiam apud ueteres obseruata sunt, transitui, diuisui, receptui, ostētui, et si qua eiusmodi sunt alia, quæ casui datiuo dantur, in quibus obseruabimus ita dicere, trāsitui est, erit. Transitui facit, mittit transitui, non dicimus, & cetera similiter. Quidā tamē dicunt similia his esse, decori, honori, usui, quæ suprâ diximus. Hæc aduerbia proprios non habent. Post posterior postremus. Suprâ superior

rior supremus. Infra inferior infimus. Prope propior  
 proximus. Intra interior intimus. Extra exterior ex-  
 tremus. Ultra ulterior ultimus. Citra ceterior habet. Pe-  
 nes penitus. Figura in aduerbijs, sicut in omnibus par-  
 tibus orationis, aut simplex est, ut iuste: aut composi-  
 ta, ut iniuste. Vt aduerbium est, modo temporis, & si-  
 gnificat postq̄: ut, At me tum primum seuus circunste-  
 tit horror, Vt regem æquæuū crudeli uulnere uidi. Mo-  
 do qualitat̄, et significat quemadmodum, ut, Troianas  
 ut opes et lamētabile regnum. Modo loci, et significat  
 ubi, ut est, Cæsis ut forte iuuenis. Modo optandi, & si-  
 gnificat utinam, ut est, Vt ueniret ant hac. Modo admī-  
 randi, et significat quā, ut, Vt te post multa tuorū Fu-  
 nera de fesi aspiciamus. Modo coniunctio causalis, ut, Vt  
 faciem mutatus et ora Cupido.

## DE PRAEPOSI

### TIONE.

**P**raepositio est pars orationis, quæ complexa aliā  
 partem orationis, significationē eius mutat. Ipsa  
 aut supponitur, ut mecum. Aut uerbum præcedit, ut pro-  
 fero. Aut aduerbium, ut indocte. Aut participiū, ut præ-  
 cedens. Aut coniunctionem, ut absq̄. Aut se ipsam, ut cir-  
 cum circa. Præpositiones aut coniunguntur, aut sepa-  
 rantur, aut coniunguntur & separantur. Coniungun-  
 tur, ut di dis, diduco, distrabo: separantur, ut penes a-  
 pud. Coniunguntur & separantur ceteræ omnes.

Ex quibus in, con præpositiones, ita composita  
 fuerunt,

Mutat.) A  
 Donato &  
 ceteris qui-  
 busdam grā-  
 maticis ad-  
 dit, aut com-  
 plet, aut mi-  
 nuū. Verū  
 hæc ipsa,  
 quæ hic præ-  
 termissa sūt  
 infra ab auto-  
 re repetunt



DIOMEDIS GRAM.

fuerint, ut eas statim, s, aut, f, litera sequatur, plerunq; adducuntur, ut insula, insula. Consilium confessio. Præpositioni accidit casus. Sunt autem qui putant accidere præpositioni, figuram et ordinem. Figuram, quia sunt præpositiones simplices, ut abs: compositæ, ut absq;. Ordine, quia sunt præpositivæ, ut sine: subiunctivæ ut tenus. Sed hæc nos et similia in his numeramus, quæ inequalia nominantur. Sed scire nos convenit, præpositiones ius suum tunc retinere, cum præponuntur: suppositas uero, significationem et vim propriam non habere. Separatæ præpositiones, separatis præpositionibus non coherent. Et aduerbia sunt, si quando illas non subsequitur casus. Præpositiones aut ipsa uerba corrumpunt ut conficio, aut ipse corrumpuntur, ut irrepo. Casibus seruiunt præpositiones, accusatiuo duntaxat et ablatiuo. Antiqui etiam genitiuo casui præpositiones coniungebant, ut Vergil. Currum tenus, et Laterum tenus hispida. Quædam communis utriusq; casus. Nonnullæ præponuntur, aliæ tantum uerbo, quædam tantum casui, nullo alia accentu aduerbis accedunt, nonnullæ tam casui quam uerbo in loquelis seruiunt, ut si dicas scribo, adiectis præpositionibus hoc genere uariantur, ut con, de, sub, cōscribo, describo, subscribo. Præpositiones aut casibus tantummodo seruiunt, aut solis loquelis, aut utriusq; communiter. Casibus tantum seruiunt, ut apud, penes. Loquelis tantum iunguntur ut an, con, di, dis, se, re, ut amplector, cōgredior, diduco, distraho, separo, refero. Ceteræ præpositiones et uerbis inhaerent et casibus, ut per hunc modum. Admonet.



LIBER PRIMVS.

Ob hanc rem. Quæ casibus seruiunt, aut accusatiuo aut ablatiui copulantur. Quæ accusatiui casui seruiunt, iunguntur hoc modo. Ad domum. Aduersus hostes. Citra Italiam. Circa muros. Erga conscientiam. Inter proquinos. Infra potentes. Post domum. Præter paucos. Pone tergum. Trans alpes. Iuxta ædem. Vsq; galeam. Ante iudices. Cis Tiberim. Cõtra Græciam. Circa forum. Extra ciuitatem. Intra oppidum. Ob amicitiam. Penes plurimos. Propter spem. Secundum disciplinam. Per provinciam. Vltra terminum. Prope me, et ut dicit Cicero in Pisonem, Proxime Pompeium sedebã: sed et datiuo casui. Idem Cicero dixit ad Atticum, propius grammatico accessi. Salustius: Proxima Carthagini loca. Vergilius: Proximus huic, longo sed proximus interuallo. Itene Propius stabulis armenta tenerent.

Ablatiui casui hæ sic iunguntur. A propinquis, Ab homine, Absq; nobis, Cum socijs, Coram amicis, Clam patre, De ciuitate, E foro, Ex provincia, Pro fratre, Præ dolore, Palam omnibus, Sine domino, Tenus erire. Et quæ utrisq; casibus seruiunt, ut in, sub præpositiones, accusatiui casu tunc iunguntur, quãdo aliquò nos transferimus, ut In rus eo. In provinciam uado. Sub motem pergo. Cũ uero in ipso loco sumus, ablatiui casu utimur, ut In rure sto. In provincia sum. Sub monte moror. Super etiam et subter (licet rarius) utrisq; tamen et ipsæ casibus seruiunt. Nam dicimus et Super terrã, et Sup terra, ut Stratoq; super discubitur ostro, et Gemina super arbore sident, et Ligna super focolarge repones. Itẽ subter testam

## DIOMEDIS GRAM.

*linem, & subter testudine, & subter mare, & subter mari.* Præpositiones *in, ex, per, de, pro, præ,* tã uerbis præponuntur, quã casus amplectuntur Sed iunctæ uerbis siue nominibus, modo significationem augent, ut *impotens, exosus, edurus, deamo, perodi, promissæ barba, præpingue.* Modo diminuunt, ut *inscius, excors, incremis, deformis, perfidus, profanus.*

### DE PRÆPOSITIONIBVS, quæ subuaria significatione apud autores reperiuntur.

*In præpositio, uarijs modis usurpatur.*

*In præpositio, significat modo id quod est ualde, et uim uerbi cui præponit, auget, ut increpuit, insonuit. Verg. Turnus ut infractos aduerso Marte Latinos. Modo significat idem quod non, et uim uerbi imminuit, cui præponitur, ut inualidus, infirmus. Ponitur et pro eo quod est inter, ut, Penthesilea furens medijsq; in millibus ardet. Item, Aut Capyn, aut celsis in puppibus, arma Cayci. Et pro aduersus, ut, In patricidã, In tyrannũ, ut Virgi. Quid meus Aeneas in te committere tantum, Quid Troes potuere? Et, Ipse deos in Dardana suscit at arma. Et pro modo qualitatis, ut, Quem pellic Athenis, in pluum auro cõserta regebat. Et, Atq; huic in faciem soror ut cõuersa Metisci. Interdum particula est superuacua ut, Nosco crines incanaq; menta. Interdum qualitatem habet ad peius deterius uel tendentẽ, ut, Quam semel in formes uasto uidiße sub antro Cyclopas. Non enim nullius formæ significat, sed male formæ. Sed æque dicitur uulgo deformis. Item apud Verg. Et pyrgi ueteres in-*

tempestaq; grauisca. Nam et hic, non nullius, sed mala  
 tempestatis, ac per hoc insalubres pestilētēsq;. Ponitur  
 et pro qualitate ordinatiua, ut cum dicimus. Opus in die  
 es crescit, ut Vergilius. Inq; dies auidū caput altius ef-  
 fert. & Tullius: Crescit in dies singulos. Et pro spatio  
 temporali, cū significatur usq; ad, ut cum dicimus: Ma-  
 ne in noctem, ut apud Vergil. Fœlix si protinus illum  
 Acqua set nocti ludū, in lucemq; tulisset. Ponitur et pro  
 præpositiōe pro, ut cum dicimus, Hoc munus in magno  
 habeo, ut Vergilius: In magno munere Cyseus, Ferre  
 sui dederat monumentum & pignus amoris. Et Salusti-  
 us in primo historiarum libro. Et facta in gloria nume-  
 ro, et si auidius fecerit. Sub præpositio, significat mo-  
 do supra, ut, Ter flamma subiecta reluxit. Et, Corpora  
 saltu subijciunt in equos, id est, supra iaciunt. Modo in-  
 fra, ut, Caudamq; remulcens, Subiecit pauit antem ute-  
 ro syluas que petiuit. Item, Pedibusq; rotarum Subijci-  
 unt lapsus. Significat et prope, ut, Quo deinde sub ipso  
 Ecce uolat. Item, Claſsemq; sub ipsa Antandro. Ponitur  
 et pro præpositione in, ut, Nanq; sub ingenti lustrat dū  
 singula templo. & Quam semel informes uasto iudisse  
 sub antro, id est, in templo & in antro.

Super præpositio, significat modo de, ut, Multa super  
 Priamorogitās. Et, Hæc super aruorū cultu pecorūq;  
 canebam, Et super arboribus. Modo pro præpositione  
 pro, ut, Nec super ipse sua molit laude laborē. Et, Nil su-  
 per imperio moueor. Ponit et pro insuper & amplius.  
 ut, Ecce super moesti magna Diomedis ab urbe Legati



DIOMEDIS GRAM.

respōsa ferūt. Et pro de super. ut, Hęc super è uallo pro  
spectāt Troes. Et, Superq; immane baratrum Cernit.  
Et, pro superest. ut, Ille autem (neq; enim fuga nunc sup  
ulla pericli) Et, O mihi sola mei super Astyanactis ima  
go. Item et ultra significat, ut Super Garamantas et In  
dos, proferet imperiū. Pro præpositio, significat por  
rò, ut cum profundū dicimus pelagus, cui porrò sit fun  
dus, ut, Hinc altas cautes picctaq; saxa Pachyni. Et, P  
iecto dum pede leuo, Aptat se pugne. Significat et ante,  
ut soli pro portis Mesapus et acer Atinas Sustentāt aci  
em. Et cum proscenium dicimus locum, qui est ante sce  
nam. Item prodere ante dare significat, ut prodere pa  
triam dicitur. Modo porro dare et propagare, ut Italiā  
regeret, genus alto à sanguine Teucris Proderet. Modo  
in præpositionem, ut cum dicimus, pro rostris, pro tribu  
nali, ut apud Vergil. Hirsutumq; supercilium, promissaq;  
barba, id est, immissa. Et pro eo quod est ànti apud Græ  
cos, ut cum dicimus, ceruam pro Iphigenia, et pro dulci  
Ascanio ueniat. Et pro eo quod est ànti, ut Vnum illud ti  
bi nate dea proq; omnibus unum prædicam.

Ex, Ab præpositiones, si sequens uerbum à uocali inci  
piat, integre efferuntur, ut ex oppido, ab illo. Si consonā  
tes sequantur, extremam literam perdunt, ut, è foro, à  
Marco. Similiter si uocalis sequatur consonantis loco po  
sita, ut à Iunone, è uirtute, è uino. Hęc præterea præposi  
tiones, ut quibusdam uidetur, nō idem unumq; significāt.  
Nec enim unum est ex theatro uenire, et, à theatro. Ex  
theatro se uenire dicit, q; ex ipso uenit theatro. Qui uenit  
ro



ro dixit, à theatro, non ex ipso theatro, sed à loco q̄ pro  
ximus est theatro. His præpositiōibus cōtraria potesta  
te sunt, ad et in, quæ et ipse non unū idemq̄ significāt,  
quia in forum ire, est in ipsum forum intrare: ad forūne  
autem ire, in locum proximum foro. Vt in tribunal et ad  
tribunal uenire, non unum est. Quia ad tribunal uenit li  
tigator, in tribunal uero prætor aut iudex.

## DE CONIUNCTIO NE ET EIVS AC CIDENTIBVS.

**C**oniunctio est pars orationis indeclinabilis, co  
pularis sermonem, et coniungens uim et ordinē  
partium orationis. Nām ab hoc meruit nomen,  
quia pro uinculo interponitur oratiōi. Laxum enim et  
diffusum sermonē, more catenæ interposita deuincit.  
Palaemon eam ita finiuit: Coniunctio est pars orationis,  
annectens ordinisq̄ sententiam.

Coniunctionum quedam sunt principales, aliæ subse  
quentes, aliæ mediæ. Mediæ quibus utralibet parte posi  
tis sine uitio cōiungit oratio. Principalis est cōiunctio,  
quæ ponitur in principio sermonis, ut Vergilius: Sed q̄  
te uiuum casus age fare uicissim. Nā ille ordo, ubi post  
ponitur, pœticus est, per anastrophē factus, ut idē. Ipsa  
sed in somnis inhumati uenit imago. Subsequēs est, quæ  
neq̄ principalis, neq̄ mediæ est. Coniunctioni accidunt  
tria, figura, ordo, potestas. Figura est, quæ apparet, an  
simplex sit, ut Nam: an composita, ut Nāq̄. Ordo con  
iuncti

Vim & or  
dinem. Vim  
cū simul res  
aliquas esse  
significat,  
ut & pini et  
fortis fuit  
Aeneas. Or  
dinē, ut cū  
cōsequentiā  
rerū demon  
strat, ut si  
ambulat, mo  
uetur. Hæc  
Priscianus.

DIOMEDIS GRAM.

iunctionum triplici genere seruandus est, quo apparet, utrum præpositiua sit, ut Nam: an subiunctiua, ut que: An talis ut præponi & subiungi possit, ut, itaq; namq;.

Potestas coniunctionum in quinque distributa species diuiditur. Sunt enim copulatiuæ, disiunctiuæ, expletiuæ, causales, ratiōales. Copulatiuæ hæc, &, q;, ac, at, ast, atq;. At, hæc particula, cum coniunctio est, per t scribitur: cū præpositio est, per d. Disiunctiua, aut, uel, nec, neq;, an, ne, neu, neue. Expletiuæ, quidem, equidem, quoq;, autē, tamen, porro, profecto, deinde, saltem, nimirum, uero. Causales, si, & si, etiamsi, tamen, tametsi, siquidem, quandoquidem, quoniam, quinetiam, sui, seu, siue, nam, namq;, nisi, ni, præterea, enim, etenim, sed, quia, quando. (Hæc coniunctiones, Quia et quando hoc distant, quod & Quia referentis est, quādo iterantis post interrogationem alicuius) eo, ideo, iccirco, propterea. Hæc ubi causa redditur rerum coniungere orationem solent, ita: Non dedit, quia non habuit. Si, coniunctio & simplex et composita producit. Sed præposita quidem particula, ut siquidem, & supposita itē corripit, ut, nisi. Ratiocinatiuæ, sed, quamobrem, præsertim, item, itemq;, cæterum, alioqui, atqui, enim, et enim, enim uero, quia, quapropter, præterea, quippe, quoniam, quoniamquidē, ergo, ideo, adeo, ideoq;, scilicet, propterea, quare, quocirca, utpote, sane, uidelicet, itaq;, quamuis, licet, quanquam, quādo graui accentu, quatenus, quandoquidem. Dictæ sunt ratiocinatiuæ, quod quanq; rem proposita ratione, confirmat, in hunc modum: Lucet, igitur dies est. Nam hic ratione colligitur

colligitur lucem esse quod dies est: seu diem ideo esse, quod lux est. Sūt autem præterea (ut ait Plinius) illatiuæ hæc, quinquam, quamuis, tametsi. Item finitiuæ dicuntur hæc, dum, quinquam, antequam postquam, quatenus. Itē optatiuæ, ut inam, ne, uelim. Subiunctiuæ, et si, et quæ ab ea composita est, tametsi, antequam, donec, quamuis, dum modo, licet, postquam, priusquam, donicū pro donec accipitur, aut pro dummodo. Nec te moueat, si quædā esse et aduerbia et coniuñctiones recognoscas. Sunt enim dictiones, quas incertum est utrū coniuñctiones an præpositiones an aduerbia nominemus, quæ tamen ipso sensu facile dinoscuntur. Nam et coniuñctiones pro alijs coniuñctionibus posite inueniuntur potestate mutata. Sunt aliæ ad aliquid relatiuæ, ut ait idem Plinius, siue comparatiuæ ut magis, potius, imò, in hunc modum: Hic erat, imò ille, uel potius ille. Idem ait comparandi potestatem habere tanquàm et tam. Sed hæc uidentur aduerbia magis similitudinis, ut Tãquàm bonus amicus. Et tã ille, quàm is. Et, coniuñctio, id ualeat quod, quæ. Sed hoc differt, quod hæc non modo subiungitur, sed etiam præponitur mō geminata, ut Qui foedere certo Et premere, et laxas sciret dare iussus habenas. Modo simpliciter e-lata, sed figurate, ut Labit unda uadis, abies mirant et undæ. Miratur nemus insuetum. Modo interrogatiua, ut, Et quæ tanta fuit Romam tibi causa uidendi? Modo indignatiua, ut Et quisquam nomen Iunonis adoret? Modo confirmatiua, ut Et dubitamus adhuc uirtutem extēdere factis? Modo causalis, ut Et gēs illa quidē sumptis

Varie sumū  
tur coniuñ  
ctio Et.



DIOMEDIS GRAM.

non tarda pharetis. Modo adiunctiua et promissiua, ut  
 Dic quibus in terris, et cris mihi magnus Apollo. Modo  
 adiectiua pro etiam, ut, Quorū Iphitus euo Iam graui  
 or, Pelias et uulnere tardus Vlysi. Modo ordinatiua, ut  
 Lauant corpus frigentis et unguunt. Modo superlatiua,  
 ut Quicquid id est, timeo Danaos et dona ferentes. Mo  
 do diminutiua per gradus, ut, Foelix qui potuit rerū co  
 gnoscere causas. Fortunatus et ille, deos qui nouit agro  
 stes. Aut coniunctio, dubitatiua (si geminetur) habet  
 potest. atē, ut qui dicit, Aut librū uolo, aut pretiū: utrūq;  
 ex aequo desiderare significat. Aut pelago Danaūm in  
 sidias suspectaq; dona, Præcipitare iubēt, subiectisq; ure  
 re flāmis. Aut terebrare cauas uteri et tētare latebras.  
 Aut, si semel pronunciat, diminutiua est, et gradū ha  
 bet ad inferiora tendentē, ut cum dicimus, Librū uolo,  
 aut pretiū: ut, si liber quem potissimū uolo, minime red  
 datur, tum quod secundū, pretium. Item, Incute uim uē  
 tis, submersasq; obrue puppes: Aut age diuersas, et dise  
 iice corpora ponto. Nam furens Iuno et irata, quod po  
 tissimū graue putabat, optauit, deinde quod secundum.

Huius coniunctionis qualitates sunt multæ. Modo cō  
 minatiua est, ut cum dicimus: Aut da mihi, aut rapio, ut  
 Nymphæ noster amor Libethrides, aut mihi carmen,  
 Quale meo Codro cōcedite (proxima Phœbi Versibus  
 ille facit) aut (si non possumus omnes) Hic arguta sacra  
 pendebit fistula pinu. Modo hortatiua est, ita: Aut tu  
 magne pater diuūm miserere. ut est dictū et illud: Vel  
 tu quod superest, infesto fulmine morti, Si mercor, di  
 mitte.



dimitte. Modo \*coniunctiua, pro et, ut, Moliri'ue mo-  
 rā, aut ueniendi pōscere caſſas. Et pro q̄, ut, Liquidas  
 corui preſo ter gutture uoces, Aut quater ingemināt,  
 pro quater q̄. Modo pro ſeparatiua, ut Aut onera accipi  
 unt ueniētium, aut agmine factō. Item, Media inter cor  
 nua fundit, Aut ante ora deūm pinguis ſpaciatur ad a-  
 ras. id eſt, modo fundit, modo ſpaciatur. Itē, Semineces  
 uoluit multos, aut agmina curru Proterit, aut raptas ſi-  
 gientibus ingerit haſtas.

\* uel copula  
 tiua.

## DE INTERIECTIONE

ET EIVS ACCI-

denti, quod eſt ſignificatio tan-  
 tum, et quid memoria.

**I**nteriectio eſt pars orationis, affectum mētis ſigni-  
 ficans uoce incondita. Interiectioni accidit ſigni-  
 ficatio tantum, quæ alijs partibus orationis interia-  
 cens inferi ſolet. Hæc uel ex conſuetudine, uel ex ſequen-  
 tibus uerbis, uarium affectum oſtendit. Exultantē ſigni-  
 ficat, ut euax. Aut uoluptatem, ut uah. Aut dolentem, ut  
 ue. Aut lugentem, ut heu. Aut timentem, ut hei, at at. Aut  
 admirantem, ut pape. Aut arriđentem, ut haha. Aut hor-  
 tātē, ut eia, age, agedion. Aut irascentē, ut nefas, proh  
 nefas. Aut laudantem, ut euge. Aut uitantem, ut apage.  
 Aut uocantem, ut eho. Aut ſilentem, ut ſiſi. Aut ironiam,  
 ut hui. Aut intentius aliquid demonſtrantem, ut en. Aut  
 ex improuiſo aliquid deprehendentem, ut at at: et ſi qua  
 ſunt ſimilia, quæ affectus potius quàm obſervationes ar-  
 tis

DIOMEDIS GRAM.

tis indicant. Sunt plurimæ dictiones, ut heus, heu, eia,  
 en, ecce, inter aduerbia & interiectiones ancipites. Et  
 am aliæ partes orationis pro interiectione singule plu-  
 res ue ponuntur, ut est, en, ellum, amabo, nefas, proh ne-  
 fas, malū, miserū, nefandum. Has enim (ut aßerunt mul-  
 ti) in quibusdā locis interiectiones esse ipse declarat af-  
 fectus, & serè quicquid animus orationi inseruerit (quo  
 detracto textus integer reperitur) numero interiectio-  
 nis accedit. Interiectionem Græci inter aduerbia  
 posuerūt. Latini ideo separarunt, quia huiusce  
 modi uoces non statim sequuntur uerbum, et  
 lata ac multiplex interiectionis causa  
 consistit. Memoria est uelox ani-  
 mi et firma perceptio, cuius sc̄a  
 cultatem fouet exercitatio  
 lectiōis, enarratiōisq;  
 intētio, styli cura,  
 redditio sollici-  
 ta, & dili-  
 gēs i-  
 teratio, atq; repetitio  
 frequens.

## SODIOMEDIS LIBER

## SECVNDVS.

## Proemium.



**I**N PRIMO libello sermonis unē uersa membra, quę prima legētibz artis grāmaticę studia præcipua eē uidebātur, pro qualitate ingenij putame satis exposuisse, nec ullius fugere scientiam arbitror totam loquendi materiam disputandiq; substantiam, octo partibus orationis administrari: In hoc uero quid sit grammatica et quibus alijs administrandis instruat, explicabimus.

## DE UOCE ET DIF-

## ferentijs eius.

Vox est (ut Stoicis uidetur) spiritus tenuis, auditu sensibilis, quantum in ipso est. Fit autem uel exilis aurę pulsu, uel uerberati aëris ictu. Omnis uox, aut articulata est, aut confusa. Articulata est rationalis hominum loquelis explicata. Eadem & literalis uel scriptilis appellatur, quia literis comprehendi potest. Confusa est irrationalis uel inscriptilis, simplici uocis sono animalium effecta, quę scribi nō potest, ut est equi hinnitus, tauri mugitus. Quidam etiam modulatam uocem addiderunt, tibie uel organi, quę quanquam scribi non possit, habet tamen modulatam aliquam distinctionem. Unde quidam tria uocis officia designant, eloquium, tinnitum, sonum. Eloquium est humane pronuntiationis expressa

## DIOMEDIS GRAM.

**Tinnitus.** expressa significatio, facilem mentibus imprimens in  
**Sonus.** intellectum. Tinnitus est fabricata materiae illisio, tenui  
 sono auditione augēs. Sonus est corporalis collisio, repē  
 timū auribus in ferens fragorem. Quid q̄ ueteres oēs so  
 nos, uoces dixerunt, ut Fractasq̄; ad littora uoces.

### DE ARTE ET eius diuisione.

**Ars.** Ars est rei cuiusq̄; scientia, usu, uel traditione uel rati  
**Sic Quinti.** one percepta, tenacens ad usum aliquem uitaē necessari  
 lib. 2. de diui um. Tullius hoc modo eam diffiniuit: Ars est præceptio  
 sione totius num exercitarū collectio, ad unū exitum uitaē utilē per  
 operis: ars tinentium. Ars dicta, uel quod arcto præcepto singula  
 (mgt) erit, diffiniat, et uelut uias quasdam ostendat. Vel ἀπὸ τῆς ἀρ  
 quæ discipuli tūs, unde ueteres artē pro uirtute appellarunt.  
 na percipi debet.

Artium genera sunt plura, quorum grammaticæ sola  
 literalis est, ex qua rhetorice & poëtice consistunt. Id  
 circoliteralis dicta, quod à literis incipiat. Et enim grā  
 maticus latine literatus est appellatus, et grammaticā,  
 literatura, quæ formam loquendi ad certā rationē diri  
 git. Diffinitio est oratio, quæ id de quo quærit, aperte de  
 scribit & determinat. Cic. sic eā diffinit: Diffinitio est  
 oratio, quæ qd sit, de quo quæritur, ostēdit q̄ breuissime.

### DE LITERA ET eius diuisione.

Litera est pars minima uocis articulata ab elemento  
 incipiens, una figura notabilis. Scaurus sic eā diffinit:  
 Litera est uocis eius, quæ scribi potest forma. Elementū  
 ē minima uis et indiuisibilis materia, uocis articulata.  
 uel



uel uniuscuiusq; initium, à quo sumitur incrementum, et in quod resoluitur. Huius figura, litera uocatur, & sunt omnes figuræ literarum numero xxiiij. Sed harum potestates, quas elementa nominamus, plurimæ intelliguntur. Literas etiam ueteres elementa dixerunt, quòd orationem uelut quædam semina construant atq; dissoluât. Etenim differt, utrum quis dicat elementum an literam per se. Quia elementum quidem est uis ipsa & potestas. Litera autem figura est potestatis. A, uero nomen est, & potestatis & figuræ. Igitur elementum intelligitur, litera scribitur & nominatur. Litera dicta quasi legitur, quia legitur, uel quod legentibus iter ostendit, uel à littera quam patitur, uel quod legendo iteratur. Accidit unicuiq; literæ tria, nomen, figura, & potestas. Nomen est, quod dicitur uel pronunciat. Figura cum scripta aspicitur uel notatur. Potestas est, qua uel metrica, uel rhythmica ratione ad proprietatem suam à reliquis se gregat. Literæ quibus utimur, tres & uiginti, hæ sunt: A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Harum differentie sunt tres. Prima differentia in literis, qualitates habet duas, quod aut Latine sunt literæ, aut Græcæ. Latine sunt una et uiginti. Græcæ duæ Y Z, quæ in usum nostrum propter nomina Græca uenerunt. Ex his, uocalis est Y. Nam & in ea obseruari uidemus, quæcumq; in uocalibus obseruantur, Z semiuocalis est.

Secunda differentia in literis qualitates æque duas habet, quod aut uocales sunt, aut consonantes. Item consonantium, quædam semiuocales, quædam mutæ.

DIOMEDIS GRAM.

Vocalium potestates sunt duæ. Quædam pronuntiã  
 ta, singulæ syllabas faciunt, et proferuntur. Quædam  
 consonantibus iunctæ syllabam faciunt. Vocales ideo di-  
 ctæ, quòd ad scribendas uoces articulatæ necessariæ ha-  
 bentur. Has quidam sonantes appellant, Sunt autè nume-  
 ro quidem quinq; A, E, I, O, V, potestate autem septem.  
 Siquidem e & pro e & pro u Græcis ponitur. Nãq; e bre-  
 uis est scriptura, pronuntiatione longa: ut, Conticue-  
 omnes. Et o pro o & u Græcis similiter ponitur, ut Ra-  
 pti Ganymedis honores. Ex his igitè uocalibus i & u trã-  
 eunt in consonantiũ potestatẽ, cum aut ipse inter se ge-  
 minantur, ut iuno, uita: aut alijs uocalibus applicatur, ut  
 uates, uelox, uox, ianus, iecur: ita tamẽ, ut quæ prior ex-  
 posita fuerit, uicem e & uim consonantium obtineat. Hæ  
 etiam mediæ dicuntur, quia in quibusdã dictionibus ex-  
 pressum sonũ non habent, ut uir optimum. extra quã for-  
 mam, u littera interdum nec uocalis nec consonans habet-  
 tur, cum inter q litterã consonantem & aliã uocalẽ con-  
 stituitur, ut quoniam, quidem. Huic item digãma ascri-  
 bi solet, ut quum sibi ipsa præponitur, ut serFus, Fulgus.  
 Nam litteram geminari in una syllaba posse, plurimi ne-  
 gant. Latine uocales omnes & corripit et produci possunt.  
 Atq; has solas aspirari quidam existimant. Consonantes  
 autẽ sunt sedecim: B C D F G H K L M N P Q  
 R S T X. Et adiecta Z, quæ Græca est, fiunt decẽ et se-  
 ptem. Nam e in ea consonantium sonum obseruare de-  
 bemus. Consonantes appellantur, quòd interdum proieci-  
 etæ, interdum subiecta uocalibus consonant.

Tertia differentia in literis, qualitates habet tres, q̄  
 consonātes aut semiuocales sunt, aut mutæ, aut duplices.  
 Semiuocales sunt septem: F L M N R S et X. Sed adie  
 cta Z, octo fiunt. Ex his x duplex est, antequam inuēta  
 g & s, uel c & s ueteres scriptitabant, & adiecta z, fi  
 unt duæ. Sed hæc græca, admissa græcorū nominū caus  
 sa. Pro hac ueterum quidam i uocalē, nonnulli duas β po  
 nere solebant. unde iugum dictum est, quasi ἰϋβον. & Iup  
 piter, uelut ἰϋβς pater. et Μεβέντιος, et πιβίσσας, & τα  
 βιλίσσας etc. Secundum huiusmodi usum ueteres declina  
 bant. Liquidæ quatuor L M N R. Ex quibus L R sub  
 iectæ mutis, communes syllabas faciunt. Et S litera suæ  
 cuiusdam potestatis est, ideo apud Græcos μονοσύνθετον ap  
 pellatur, quæ in metro plerunque uim consonantis amit  
 tit. Item ex illis F litera supponitur liquidis, quæ admo  
 dum muta quælibet, et communem syllabam facit. Semi  
 uocales dictæ, quia dimidium eius potestatis habent. Et  
 enim in se enunciantur, sed per se nec syllabam nec ple  
 nam uocem faciunt. Mutæ sunt, quæ nec proferri in se  
 possunt, nec syllabam facere. Sunt autem numero nouæ:  
 B C D G H K P Q T. Ex his quibusdam superuacua uē  
 dentur k & q, quod c litera harum locum possit imple  
 re. Sed inuenimus in kalendis & in quibusdam simili  
 bus nominibus, quod k necessario scribitur, & quod q cō  
 suetudine scribitur, cum in una eademq; syllaba ulite  
 ra antecedit, et habeat sibi adiunctam uocalem, ut Qui  
 rin<sup>o</sup>. H quoq; interdū cōsonās, interdū aspiratiōis cre  
 diē nota. hæc si c mutæ subiecta fuerit, x notat græcam.

Tertia dif  
 ferētia lite  
 rarum.

DIOMEDIS GRAM.

Si P, & significat. Item si T, pro Θ ponitur græca. Sicut P & S simul posita, & Græcam asserunt literam. Ceterum Huocalibus nunquam supponitur nisi in interiectiōe ah, quæ turbantis uel dolentis ostendit affectum. & noua est consonans in cuius locum C solebat apponi. Ut & hodie, cum Gaium Cæsare notamus, scribimus C. Cæsarem. Ideoq; post B literam, tertio loco digesta est, ut apud Græcos G posita reperit in eo loco. Muta dicta, q; per se sine adminiculo uocalium non possunt enunciarī. Ita fiunt omnes qualitates literarum numero septē, quod aut Latine sunt, aut Græcæ, aut uocales, aut consonantes, aut semiuocales, aut duplices aut mutæ. Et hoc scire debemus, q; F litera tantum scribitur cū latina dictio scribitur, ut scelix. Nam si peregrina fuerit, p et h scribim<sup>9</sup>, ut Phœbus, Phaëton. Quidam in latino sermone decem & septem esse literas crediderunt. Siquidem ex uiginti & tribus una aspirationis nota est h, Vna duplex, x, Due superuacua, k & q. Due Græcæ, y & z. A uocalis Διξρον & per se facit syllabas & breues & longas. Itemq; connexa cum alijs tam præposita quàm media finiensq; ut adhala. Nota etiam prænominis cū Alūm sola significat. B consonans muta tam præponitur uocalibus quàm subiungitur. Præponitur & semiuocalibus ut blesus, bracchium. Propinqua p litera in p sepe mutatur, supponit opponit. C consonans muta, tam præponitur uocalibus, quàm subiungitur, ut caput, accepit, concidit, occidit. Nota est prænominis, cum sola Caium notat. Item numeri cum centum significat. D consonans

muta



muta, tam præponitur uocalibus, quàm subiungitur, lites etiam consonantibus numero septem his, CGLP RST. Quæ succedunt in locum eius, ut accipe, aggero, alligo, appete, arripe, aside, attende. Nota prænominis, Detium significat. Item numeri cū quingentos scribimus. Euocalis  $\Delta\chi\epsilon\omicron\nu$  per se nominata, item cū alijs E iuncta, & breues facit syllabas & longas. F consonans F semiuocalis, præpositiua, quæ sola ex semiuocalibus præponitur liquidis, quemadmodum muta quælibet, & communem syllabam facit. Tam incipit syllabam præposita uocali, quàm semiuocali, ut facinus flagellū. Item subiuncta uocali, ut officit, efficit. G consonans muta, præpositiua et subiunctiua, quia tam supponitur uocalibus quàm subiungitur, ut aggero. Præponitur et consonantibus, ut agmine, magno, gregem, glire. H consonans muta, præprie continens aspirationem, subiunctiua r liquidæ consonantis, recepta uulgo in numerum mutarum, omnibus uocalibus præponitur, nulli subiungitur nisi consonantibus, ut in Thracia et nominibus Grecis.

I uocalis  $\Delta\chi\epsilon\omicron\nu$ , quæ interdum media geminatur, I et præposita sibi aut alteri uocali, transit in consonantium potestatem. Nota numeri cum unū significat. K K consonans superuocata, qua utimur quādo a correpta sequitur, ut Kalendæ, kaput, kalumnie. L consonans semiuocalis liquida, quæ tam præponitur uocalibus quàm subiungitur. Præponitur, ut laudo, lege, lites, locus, lucus, et cum his similia scribimus. Subiungitur, tanquā alia. Item subiungitur consonantibus, ut cum Claudium, Cle-

DIOMEDIS GRAM.

mentemq; & Clodium, Clusiuq; nominamus. Nota præ  
 noninis, quæ sola posita Lucium significat. Item nume  
**M**ri, cum pro quinquaginta ponitur. M consonans semi-  
 uocalis liquida, tam præponitur uocalibus quàm subiun-  
 gitur, ut cū agmina, fragmēta, dicimus. Nota prænois,  
**N**cū sola scripta Marcū significat. Itē numeri, cū mille si-  
 gnificat. N cōsonans semiuocalis liquida, tā præponit q̄  
 subiungit uocalibus, ut Natus. Ante. Item subiungitur mu-  
 tis, ut Gnidus, Potniades, Cydnus. Nota prænoninis, so-  
 la Numatiū significat. Item præposita sibi G, Gnciam,  
**O**quæ antiqui Cn. scribunt. O uocalis dixevit tam pro-  
 ducitur q̄ corripitur, & singularis, et cum alijs copula  
**P**ta. P consonans muta, tam præponitur uocalibus quàm  
 subiungitur, ut ponit, præponit. Præponitur etiam con-  
 sonantibus, ut plaudit. Nota prænoninis, sola Publiū si-  
 gnificat. Et cum R posita, Populū Romanum. Et subie-  
 cta r literæ, Remp. Et præposita c literæ, patres cōscri-  
**Q**ptos. Q consonans muta, ex c & uliteris composita,  
 superuacua: quæ ut inur, quādou et altera uocalis in una  
 syllaba iunguntur, ut Quirinus. Nota prænois, Quin-  
 tum significat. Itē honoris, Questorē indicat. Nec mi-  
**R**nus populū, quū ea notamus Quirites. R consonans se-  
 miuocalis liquida, præpositiua & eadem subiunctiua uo-  
 calium, ut Roma, ramus, arma, orbis. Item consonanti-  
 bus subiungitur, ut in Crisso, crure, prudenter. H quoq;  
 consonanti uel aspirationis notæ, ut Rhodius, sed in Græ-  
**S**cis duntaxat nominibus. S consonans semiuocalis, sue  
 cuiusdam potestatis, præpositiua uocalium & subiuncti-

Numerium  
 fortassis le-  
 gendum.

ua, ut satis, asper. Item præpositiua T consonantis tantum, ut status. T consonans muta, præpositiua liquida runi et uocalium, et eadem subiunctiua p, c, s consonantium, ut Ptolemæus, Ctesiphon, Stichus, trabea & Aetna. Nota prænominis, sola Titum significat. V uocalis διχρον, quæ geminata, digamma accipit: et præposita sibi aut alteri uocali, transit in consonantium potestatem, ut uulgus, ualens, uiuit, uelox, uox. Nota numeri, quæ significat. X litera composita (quam ideo duplicem dicimus, quoniam constat ex c uel g et s literis) in mediâ tantum parte locutionum uocalibus apud nos præposita, ut maxime, maximo. Aliquâdo finiens, ut uertex, frutex. In peregrinis tantum nominibus prima ponitur, ut in Xätho, Xenone. Nota numeri, decem significat. Süt nomina in quibus neq; g neq; c possunt proferrri, ut nix niuis, senex senis. Hæc aut nomina, priuilegio quodâ contrarationem declinantur. Y uocalis διχρον, græca, quæ propter græcas dictiones admittitur, ut Hymeneus, Cyrus, Hylas. Z consonans semiuocalis duplex, græca etiâ, propter græca uel barbara nomina admittit, ut Zenon, Mezëtius, gaza. Pro hoc ueteres duabus s utebant, ut Messentius, & pitisso, tablisso.

## DE GRAMMATICA

AC EIVS PARTIBVS.

**G**rammatica est specialiter scientia exercitatae lecti Grammatica  
 onis et expositionis eorum, quæ apud poetas et scri  
 ptores dicunt. Apud poetas, ut ordo seruet: apud  
 scri

## DIOMEDIS GRAM.

Duæ gram- scriptores, ut ordo careat uitijs. Grammaticæ partes sunt  
 maticæ par- duæ. Altera, quæ uocat̃ ἐξηγητική. Altera, ὁπισθεν. Ἐξηγητική  
 tes. est narratiua, quæ pertinet ad officia lectionis. Ὀπισθεν  
 est finitiua, quæ præcepta demonstrat, cuius speciei sunt  
 hæ partes, orationis uitia uirtutesq̃. Tota autem gram-  
 matica consistit præcipue in intellectu poetarum, scri-  
 ptorum et historiarum prompta expositiōe, et in recte  
 loquendi scribendiq̃ ratione.

### OFFICIA GRAMMATICI

quot et quibus partibus cōstent.

Grammatici officia, ut aſerit Varro, constant parti-  
 bus quatuor, lectione, enarratione, emendatiōe, iudicio.

- Lectio.** Lectio est artificialis interpretatio, uel uaria cuiusq̃  
 scripti enunciatio, seruiens dignitati personarū expri-  
 mensq̃ animi habitum cuiusq̃. Enarratio est obscurorū  
**Enarratio.** sensuum quæstionum' ue explanatio uel exquisitio, per  
 quam uniuscuiusq̃ rei qualitatem poetis glossulis ex-  
**Emendatio.** oluimus. Emendatio est, qua singula prout ipsa res po-  
 stulat, dirigimus, æstimantes uniuersorum scriptorum  
 sententiam diuersam. Vel correctio errorum, qui p scri-  
 pturam dictionē' ue fiunt. Iudicium est, quo omnem ora-  
**Iudicium.** tionem recte uel minus recte pronunciatam, specialiter  
 iudicamus. Vel existimatio, qua poëma ceteraq̃ scri-  
 pta perpendimus. Grammaticæ initia ab elementis sur-  
 gunt. Elementa figurantur in literas. Literæ in syllabas  
 coguntur. Syllabæ dictionem constituunt. Dictiones cō-  
 summant orationē. Oratione uirtus ornatur. Virtus ad  
 euitanda uitia exercetur.



# DE SYLLABA ET

## EIVS DIVISIONE ET accidentibus.

**S**yllaba est proprie cōgregatio aut comprehensio *Syllaba.*  
literarum enunciata. Fit autem ex omnibus uocabi-  
libus, etiam ex singulis, syllaba tam breuis quā lon-  
ga, & ex copulatione uocalium consonantiumq; tempo-  
rum capax. Syllabæ autem dicuntur Græce *παρὰ τὸ συνα-  
ραμμένον τὸ πρόμμετα.* Latine connexiones uel conce-  
ptiones dici possunt, quòd literas concipiant atq; conne-  
ctant. Syllabarum modi sunt tam duo, natura et positio,  
quàm tres qualitates. Aliæ enim breues, aliæ longæ, aliæ  
communes sunt. Breues sunt, quæ correptam uocalē ha-  
bent, et non desinunt in duas consonantes, uel in aliud quod  
sit pro duabus consonantibus. Longæ aut natura sunt,  
aut positione fiunt. Natura, cum aut uocalis producitur,  
ut a, o: aut duæ uocales iunguntur, ut au, eu, æ, ei, yi. Ex  
his diphthongus ei, cum apud ueteres frequenteretur, usu  
posteritatis explosa est. Item yi Græca potius quàm la-  
tina est, in Græcis sumenda dictionibus. Sed hæ, quæ na-  
tura longæ, modis quinq; ordinantur. Primo, quando uo-  
calis sola est, & producitur, ut est, Ah silice in nuda con-  
nixa reliquit. Et dicitur is modus, Constat natura. Secū-  
do, quum diphthongus erit, de quo dicimus, Constat di-  
phthongo, ut au, eu, æ, e. Tertio, quoties super consonā-  
tem est, ut En Priamus. et, En ego uicta situ. de quo dicitur  
mus, Incipit. Quarto, quoties subter consonantem est,

*Syllabæ na-  
tura quinq;  
ordines.*

DIOMEDIS GRAM.

ut Ne pete cōnubijs. Et dicitur is modus sic, Terminat-  
Quinto, quories inter duas uel plures consonantes ponitur: ut, Sol qui terrarum. Et dicitur is mod<sup>o</sup>, Habet in se.

Syllaba, sex  
modis positi-  
one produ-  
citur.

Positione longa fit syllaba modis sex. Primo, cū correpta uocalis in duas desinit consonātes, ut Est in secessu longo locus. Altero, cum excipitur à duabus cōsonantibus, ut Acrisisoncis Danaë. Tertio, si desinat in duplicem literam, ut nox. Quarto, si sequens à duplici incipiat, ut Axis. Quinto, si desinat in unam consonantem, et excipiatur à uocali loco consonātis posita, u uel i: ut, At Venus, At Iuno. Sexto, cū correpta uocalis desinat, et interposita i, excipiat à uocali: ut, Furias Aiakis Oilei. ¶ Troiaq; nunc stares. et, Nate dea, nam te maiori-  
bus etc. Quoniam inter duas uocales duarum syllabarū posita, geminatur. Sic enim scribi per geminatam literam metri ratione desiderat. Siquidē potestātē tuetur duplicis consonantis. Vocales correptæ, singula obtinent tempora: productæ, bina. Dimidium tēporis absq; duplicibus singule possident consonantes. Syllabæ (ut ait Varro) aliæ sunt asperæ, aliæ lenes: pceræ aliæ, aliæ retortæ: aliæ barbaræ, aliæ græculæ: aliæ duræ, aliæ molles. Asperæ sunt, ut crux, trux, trās. Lenes, ut lana, lima. Proceræ sunt, quæ uocalem longam habent in penultima, ut facultas. Retortæ sunt, quæ mutā habent extremam, ut hic, hæc, hoc. Barbaræ sunt, ut gaza. Græculæ, ut hymnos, Zenon. Duræ, ut ignotus. Molles, ut ædes.

Syllabarū  
uarietas.

Communis syllaba est longa in breuem, uel contra, certis obseruationibus uersa.

## DE SEPTEM MODIS COMMVNIVM SYLLABARVM.

Communiũ syllabarũ modi sunt septẽ. Primus est, cũ correpta uocalis excipitur à duabus consonantibus, quarum prior sit muta, sequẽs uero liquida. Breuis enim hic est. Vastosq; abrupe Cyclopas, et, Albaniq; patres. Lõga ibi, At genus è syluis Cyclopũ è mõtibus etc. Et, Perpetuus soliti patres cõsiderẽ mensis. syllaba enĩ quæ sine hac obseruatione poterit esse positione lõga, breuis efficit. F quoq; litera, si præposita fuerit ligda, quæ semiuocalis sit, mutæ tamẽ obtinẽs locũ, breuiat, quæ positione fieri lõga poterat, ut est, Ore fremebãt, et, Talia flãmato. Secundus est, cũ locũ breuis, longa occupat, p̄ productã uocalẽ uel diphthongũ finita parte orationis, nec ulla interposita consonãte, ut est, Te Corydon ò Alexi, et, Insulae Ionio in magno, ut est Homericus ille,

οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ ὁ πότις κρῆτι βεν ἴκοιτο

Βούλεται ἀντιόσσει ἡμῖν ἄπὸ λαιγὸν ἀμύνης.

Hom. γ. Iliã.

Hom. α. Iliã.

Tertius, cum in fine partis orationis uersa uice, lõga ponitur uocalis correpta, una interposita consonante: ut, Emicat Eurialus, et munere letus amici. Item, Ostendens artẽ pariter arcumq; sonantẽ, et, Oĩa uincit amor, et nos cedamus amorĩ. Et ut est apud Homerum,

κῆτορα δ' οὐκ ἔλαβεν ἰαχὴ πίνοντο πρὸς ἔμπε.

Hom. ε. Iliã.

Quartus, cum correptam uocalẽm duæ cõsonantes sequuntur, quarum prior est s litera, quæ syllabæ ratione communis, uelut sibilus posita, uim consonantis amittit. Interdum enim liquidarum mutat legem. Siquidem illæ

sub

## DIOMEDIS GRAM.

subiungēt. & mutis, ut rāq; potest atē possidēt, hęc uero plurimū sibi defendit. Non enim solum subiungitur, uerum etiam cōtraria pręposita, loco liquidę fungitur, ut est, Ponite spes sibi quisq;. & apud Luciliū, Infantibus paruis. Sicut et Homericus uersus ille testatur:

Homerus G.  
Iiad.

ἢ μὲν δὴ μάλα πολλὰς μοχλὰς ἐισήλυθον ἀνδρῶν.

Quintus est, cum correptam uocalem suscipit & duplex, quę quū positione longam possit efficere, uim plerunq; duplicis consonantis amittit, ut Nemorosa Zacynthos. Sextus est, cum pronomina, hic uel hoc, c littera terminata, uocalis statim subsequitur, quādo in his pronomini- bus, c littera crassum & quasi geminatum continet sonum, ut: Hic uir, hic est, tibi quem promitti sepius audis. Est enim in hoc tam prima syllaba longa, q̄ tertia breuis. Septimus est, cum correpta uocalis in unam desinit consonantem, sequente h, quę plerisq; aspirationis nota uidetur, ut Terga fatigamus hastā. Itē, Aenean hominū quisquā. Sed modus superior quibusdā supfluus uisus est, pręcipue autē hic, quoniā sufficit finita esse partem orationis. Ex his oībus modis, uno duntaxat uti admittūt, qui metrorū rationū sunt admodū perspicaces.

## DE ACCENTIBVS ET PUNCTIS.

**A**ccentus est acutę uel grauis uel inflexę orationis elatio, uocis' ue intētio uel inclinatio aut inflexio, sono regens uerba. Nam ut nulla uox sine uocali, ita sine accentu nulla est. Et est accentus, ut q̄  
dam



dam recte putauerunt, uelut anima uocis. Accentus dictus est ab accimendo, quod sit quasi quidam cuiusq; syllabæ cātus: apud Græcos ideo προσῳδία dicitur, quod προσῳδία τῶν ὀνλλαβῶν. Accentus quidam fastigia uocauerunt, q̄ capitibus literarum adponerentur. Alij tenores uel tonos appellant. Nonnulli acumina diffinire maluerunt. Sunt uero tres, acutus, grauis, & qui ex duobus fastus est, circūflexus. Ex his acutus in correptis semper, interdum productis syllabis uersatur: inflex<sup>o</sup> in his quæ producuntur. Grauis autem per se nunq̄ cōsistere in ullo uerbo potest, sed in his, in quibus inflexus est aut acutus, cæteras syllabas obtinet. In Græcis itaq; dictionibus cum acutus tria loca teneat, ultimū, penultimum et antepenultimū, circūflexus (quotlibet syllabarum sit dictione) nō tenebit nisi penultimū locū aut ultimū. Omnis igitur pars orationis hanc rationem pronuntiationis detinet: Omnis uox monosyllaba aliquid significās, si breuis est, acuet, ut mel, fel. Et si positione longa fuerit, acutum scilicet tenorem habebit, ut ars, pars, pix, nix, fax dux. Si autē longa natura fuerit, flectetur, ut lux, spes, flos, sol, mos, ros, lis. Omnis uero dissyllaba priorē syllabā aut acuit, aut flectit. Acuit, uel cum breuis est utraque, ut citus, latus, erat, uel quū positione longa est utraque, ut sollers, uel alterutra positione longa: prior, ut pontus, posterior, ut cohors. Vel dū posterior, aut etiā utraque natura lōga sit, ut ama, etas. Si uero prior syllaba natura longa, et sequēs breuis fuerit, flectitur prior, ut lūna, Rōma. In trissyllabis autē & tetrasyllabis & deinceps,

Accentus nomina.

Accentus monosyllabarū dictionum.

Dissyllabarū accentus.

Trissyllabarū

## DIOMEDIS GRAM.

rum deinceps.

ceps, secunda ab ultima semper obseruanda est. hæc si natura longa fuerit, inflectitur: ut, Romānus, Cethēgus, Marimus, Crispinus, Amicus, Sabinus, Quirinus, lectica. Si uero eadem penultima positione longa fuerit, acuetur: ut, Catullus, Metellus, Marcellus. ita tamen, si positione longa, non ex muta et liquida fuerit, nam mutabit accentum: ut, lātebræ, tēnebræ. Et si nouissima natura longa, itemq; penultima natura uel positione longa fuerit, penultima tantum acuetur, non inflectitur. Natura, ut Fidēna, Athenæ, Thebæ, Cūmæ. Positione, ut tabellæ, fenestræ. Sin autē media breuis fuerit, prima seruabit acutum tenorem, ut Sergi<sup>o</sup>, Māllius, ascia, fiscina, Iulius, Claudius. Si omnes tres syllabæ longæ fuerint, media acuetur: ut, Romāni, legati, prætores, prædones. Pronomina que duplici modo declinantur, id est, aut corripunt aut producunt mediam syllabam genitino casu, cum mediæ breues sunt, primas extendunt, et sunt acutæ, ut ipsius, illius. Si uero mediæ longæ erunt, primæ graues, secundæ fuerint inflexæ. Exponendum etiā placuit, qui pedes acuto tenore, aut circumflexo, iteratione superscripta congruunt. Ois pars orationis, quæ possit meros pedes completere, hanc accentus legem continet: In dissyllabis semper acuitur, aut inflectitur. Acuitur, si pyrrichium compleuerit, sicut puer, bonus, amor. Item spondeum indifferenter positum si habuerit, id est, siue natura, siue positione fuerit longa utraque syllaba, prior acuetur. Natura sic, ut Cūmæ, Thebæ, heros. Positione, ut sollers. Iambumq; ut Cato, Ceres. Trocheum uero legitimū si comple

pleuerit, id est, si naturalongapriorem syllabam habuerit, circūflectetur: ut, meta, bruma, prator. Sin autem positione longa fuerit prior syllaba memorati pedis, acutetur: ut, pulcher, asper. In trisyllabis dactylus indifferenter positus, et anapestus, tribrachys quoque tertiam ab ultima acui desiderat. Dactylus naturalis, qui est, sicut lumina, moenia, sidera, Claudius. Positione, qui fit, ut Sergius. Similiter anapestus, ut Cicero, regio. Item tribrachys, ut Melius. Palimbacchius et amphibrachys in penultima circumflexum habebunt, ita tamen ut naturalis sit longa eadem penultima. Palimbacchius, ut Romanus, legatus. Item amphibrachys, ut Cethegus, Sabinus, moenile. Horum si positione longa fuerit eadem penultima, mutabit tenorem, et acutum habebit accentum. Palimbacchius, ut Marcellus. Amphibrachys, ut Metellus, Catullus. Bacchius et molossus indifferenter positi, penultimam semper acuiunt. Bacchius legitimus, sicut, Athenae, Fidenae. Positione, ut tabellae, fenestrae. Huius autem pedis si penultima positione longa ita fuerit, ut excipiatur a muta et liquida, accentus transferetur ad tertiam ab ultima, ut tenebrae, latebrae. Quod genus syllabas penultimas quidam omnino breues putabant, quia non terminantur consonantibus. Contra quidam longas, quod quantum non terminetur consonantibus, nihilominus proxima syllaba a duabus incipit consonantibus: et quod naturalis littera *r* et *r*, quae mollis est, nunc longam, nunc breuem syllabam efficiat. Ideo factum est, ut uarie haec nomina consuetudo pronunciarerit, et tenebras et latebras acuto accentu modo  
 pri

DIOMEDIS GRAM.

prima syllaba, modo secunda efferret. Moiosus itē semper acuitur, ut Romani. In tetrasyllabis aut deinceps, eadem accentus ratio semper custoditur. Monosyllaba uero, quæ nunq̄ non sunt uerba prototypa, o literam tam uersu q̄ etiam prosa similiter productam habent. Sanè uerba græca græcis accētibus efferimus, si iisdē literis enuntiauerimus. In latinis nunquā acutus accentus in ultima syllaba potest poni, nisi discretionis causa, ut in aduerbio, Ponè, ideone uerbum putetur. Et in quibusdam præpositionibus. Nam præpositiões separatæ monosyllabæ, quantum in ipsis est, acui debent, sed iunctæ casibus aut alijs partibus, interdū uim suam perdunt, sequuntq̄; illorū naturā, et graui, nō acuto tono pronuntiantur, ut produco, deduco. Item inueniuntur raro dissyllabæ, quæ acui desiderēt, ut est, circum, inter. Deniq; circumflexus ponitur in ea particula, quæ est apud Vergiliū, Illius ergō Venimus. Con quoq; præpositio complexa s uel f subiunctas literas, producta pronuntiat. Et, ut confero, confido, confestim, confertus. Eodem modo S, ut consulo, conscendo, consono, consisto, consul: & uersa uice, eadem alijs literis præposita corripitur, ut concio, conduco, continuo, conuoco, conuerto, cōprehendo, congreco. Item cōplexiua coniunctio siue copulatiua q; et disiuunctiua ue, et dubitatiua ne, adiunctæ uerbis et ipsæ amittunt fastigium, & uerbi antecedentis longius positū acumen adducunt, et iuxta se proxime collocant. Sic q; ut Liminaq; laurusq; dei. Item ue, ut Hyrcanis' ue Arabis' ue parāt, et, Calathis' ue Mimeruæ. Ne,



ut Homines' ne, feræ' ne. In compositis dictionibus unus accentus est, non minus q̄ in una parte orationis, ut male sanus, Interea loci. Accētus in integris dictionibus obseruantur. In peregrinis aut uerbis et in barbaris nominibus, maxime in interiectionibus, nulli certi sunt. In his enim maxime accentuū lex certa esse non potest, cū sit absurdum, à turbato tenoris exigere rationem. Accentuum legem, uel distinguendi ratio, uel discernendæ ambiguitatis necessitas sæpe conturbat. Accentus acuti nota', ita per obliquam ascendens in dexteram partē. Grauis nota ita', à summo in obliquum quasi in dexterā partem descendens. Circūflexus uero, de acuto & graui figuratur, uel est deorsum spectans. Longus est linea sinistra, in dexterā partem æqualiter ducta -. Et breuis, uirgula similiter iacens, sed p̄da & contractior, quasi sursum spectās v. Ut' q; in illis tonos, sic in his tempora dinosci uidemus. Horum autem officio sic utimur, ne productionis uel correptionis ratio confundat. Apud Latinos enim quinq; literæ uocales, tam corripuntur quàm producuntur. Inueniuntur autem quædā nomina *ὀκτώμορα*, alia participijs, alia & bis similia, alia quoq; aduerbijs, de quibus quid dici potest, nisi quòd accentus sit arbiter discernens utriusq; significati differentiam? Sicut parens obsequēs significat, intelligitur et pater. Prius participium est, tractum à uerbo quod est pater. Posterius nomen. Quoties uero participium significat, primam syllabā producimus, ut est Vergilianus ille: Lamq; ibat dicto parens. Eandem uero in altera signi-

DIOMEDIS GRAM.

ficatione corripimus, ut est, Alma parens. Item uerbis  
 similia, ut est Labor nomen, & uerbi prima positio. In  
 nominis significatione primam syllabam corripimus, ut  
 est, Tot adire labores, & in uerbi producimus, ut est, Ma-  
 truq; allabitur aures. et, Summas perlabitur undas. Itē  
 aduerbijs sic: Late est aduerbium, & uerbum modi im-  
 peratiui. In aduerbio tamen prima syllaba producitur,  
 ut est, Hinc populū late regem, belloq; superbum, qua in  
 uerbi significatione corripitur, ut est: Vt superi uolue-  
 re, late. Omnia autē huiusmodi facilius ex metrica stru-  
 ctura comprehenduntur. His adiungunt hyphen, cuius  
 forma ē uirgula sursum curuata, subiacēs Versui, &  
 inflexa ad superiorem partem, hac nota ~. Supposita,  
 utriusque uerbi proximas literas in una pronuntiatione  
 colligit: ita tamē ut cum ita res exegerit, copulemus, ut  
 est, Turnus ut anteuolās. et, Antetulit gressum. et, Quā  
 simulac tali presentit peste teneri. et apud Salustium,  
 Iam primū iuuetus simulac belli patiens erat. Huic con-  
 traria est diastole, dextra pars circuli, ad imam literā  
 apposita. Hac uero male coherentia discernuntur, ut est,  
 Tum Danaī gemitu, atq; creptae uirginis ira. et, Procu-  
 buit, uiridiq; in littore conspicitur, sus. Apostrophos  
 item circuli pars dextera, sed ad summam literam con-  
 sonantem apposita, cui uocalis est subtracta. Hac nota  
 deesse ostēdimus parti orationis ultimam uocalē, cuius  
 consonans remanet, ut est: Tanton' me crimine dignū?  
 Ceterū dāscam & psylen apud nos h, uocali addita uel  
 detracta demonstrat, id est, scripta h, aspirationem: nō  
 scri

scripta, leuigationem significat. Illud etiam magna cura uidendum est, quod ueteres omnia uel uerba uel nomina, quae o litera finiuntur, item aduerbia uel coniunctiones, producta extrema litera proferebant, ad eout Vergilius quoque idem seruauerit, quamuis tamē refugerit incultae uetustatis horrorē, & carmen cōtra morem ueterū leuigauerit. Inuenitur autem apud Vergiliū in uerbo posita breuis, ut Nunc scio quid sit amor. & Hoc sat erit, scio me Danaos ē clāssibus unū. Quod quia i uno uerbo est, uidetur in ueteribus, qui conseruandā uetustatis consuetudinē putant. Illam autē ego fuisse opinor rationē, quae ueteres secuti Graecos apud quos o litera ubi quae quidē natura lōga, plurimū in extrema uerbi syllaba ponitur, etiā in sermone cōmuni siue prosa oratione similiter proferebāt, ita ut dū id usurpauit prosa, uersus obtinuerit. Paulatim autē usus inualuit, ut in sermone nostro, ut scribo, dico, & in ceteris eiusmodi, o non solum correpta ponatur, sed etiā ridiculus sit qui eam produxerit. Mirū ergo nō est, si consuetudinē sequitur uersus, nisi sit, ubi poēta maiorē sibi licentiā uendicauit.

#### DE D I C T I O N E ET eius speciebus.

Dictio est uox articulata cū aliqua significatiōe, ex qua instruitur oratio, et in quam resoluitur. Vel sic: Dictio ē ex syllabis finita cū aliqua significatione certa locutio, ut ē, dico, facio. Quaedā dictiones sunt simplices, ut facio: quaedā compositae, ut conficio. Ex compositis, quaedam sunt ex duobus imperfectis, ut est sinciput, cum

DIOMEDIS GRAM.

Vel semidi-  
mediatum.

intelligatur semidiatum caput. Quaedam ex integro et imperfecto, ut est cornicen, ut intelligat cornu cauens. Quaedam ex duobus integris, ut sacrauia. Quaedam ex imperfecto et integro, ut est cismare, quo significatur citra mare. Pronunciatio est scripturarum secundum personas accommodata dictioni similitudo, cum aut semperamentum, aut iuuenis proteruitas, aut foemina infirmitas, aut qualitas cuiusque personae ostendenda est, et mores cuiusque habitudinis exprimendi. Discretio est diuersarum confusarumque significationum per plana expositione, quae ostenditur modis quinque: continuatione, separatione, lectionis distinctione, subdistinctione, uel mora. Continuatio est rerum contexta dictio, ut Scythiam septemque triones. Separatio est secretio rerum natura iunctarum, quae in ambiguitate cadunt: ut, Cum Turni iniuria matrem Admonuit ratibus sacras depellere tædas. Hic enim mater cum Turno iuncta est, quae ambiguitatis uitandae causa separari debet. Ut sit agnitio, quae mater. Et, sacras tædas, expresse legendum, ut abominandas ostendat: ut, Auri sacra fames. Tæda enim nusquam abominanda, nisi illic, ubi incedia facta, quoniam sunt ipsae naturaliter sacris accommodatae. Lectioni posituras accedere uel distinctiones oportet, quas graeci *horos* uocant, quae inter legendum dant copiam spiritus reficiendi, ne continuatio ne deficiat. haec tres sunt, distinctio, subdistinctio, media distinctio, siue mora, uel (ut quibusdam uidetur) submedia. Quarum diuersitas tribus punctis, diuerso loco positus indicat. Distinctio quidem est appositio puncti finiri sententiae.

sus.



sus, uel pendētis nota, que locis ponitur tribus. Sūmo, cū  
 sensum terminat, et uocat finalis à nobis, à græcis τελος.  
 Medio, cū respirandi spatium legenti dat, et dicitur me-  
 di, græce μέση. Tertio, cū lectionis interruptum tenorē  
 aliud adhuc illatur a suspendit, et uocatur à græcis ὑπε-  
 ρηχθ, à nobis subdistinctio. Distinctio est silētij nota, cū  
 sensu terminata, ubi est liberz cessare prosequiqs, ita ut  
 neuter sui indigeat, ut est: Numina nulla premunt, nor-  
 tali urgemur ab hoste. Et ē huius nota punctū supra uer-  
 sum, ad caput literæ positum. Distinguere aut oportet  
 ante similitudines, quas græci παρὰβολὰς uocant. Et an-  
 tereddituas, hoc est, ἀντεροδοκίας. Et si quando à perso-  
 na ad personā transitus fuerit factus. Et ante, Autē, con-  
 iunctionem, si quidē non ex abundanti ponitur. Et ante  
 casum uocatiuū. Et ante, Sed. Et ante, Quoniā. Et ante,  
 Tunc, cessāte redditua, sed præpositis superioribus Et  
 ante interrogatiuam, ut Musa mihi causas memora, quo  
 numine læso. Et post interrogatiua, ut Quis deus hanc  
 muse, q̄s nobis extudit artē? Vnde noua ingressus hoīm  
 experiētia coepit? Hic enim oportet distinguere, et sic  
 inferre: Pastor Aristæus fugiēs Peneia tempe. Subdi-  
 stinctio est silētij nota legitimi, qua pronūciationis ter-  
 minus sensu manente, ita suspenditur, ut statim id quod  
 sequitur, succedere debeat. Huius autē nota est punctum  
 sub uersu positum: ut, Me duce Dardanius Spartā expu-  
 gnauit adulter? Aut ego tela dedi, foui ue cupidine bel-  
 la? Non enim similiter, ut in distinctione silentium in-  
 terpositū tacere permittit, ut est illud: Et si fata deū, si

DIOMEDIS GRAM.

mens nō leua fuisset. Media distinctio siue mora, est  
 leuis in continuatione sensuum interposita discretio, le-  
 gitimæ distinctionis subdistinctionisq; mediū obtinēs lo-  
 cum, ita ut nec perfecta in totū, nec omīssa uideat, sed si-  
 gnificatione immorādi, alterius desideret principium  
 sensus. Et hoc solūmodo seruat officiū, ut legētis sensum  
 breuissīma respiratione resoueat et nutriat. Sic enī pro-  
 nunciādo reticere quis debet, ut, q̄a spiritus ipse quadā  
 defectiōne mutat, deinde resumatur, ut est: Vt belli si-  
 gnū Laurēti Turnus ab arce Extulit, & rauco strepue-  
 runt cornua cātū. Vtq; acres concussit equos, utq; impu-  
 lit arma, Extemplo turbati animi. Multæ enim clausulæ  
 sunt mediæ huius lectionis. Primū ne confundantur, que  
 διχομα & τριχομα ponūtur. Deinde, ut actus uerborū emi-  
 neat et luceat, ut q̄ ex aliquo moueatur affectu uel indi-  
 gnatione, uel miseratione collata, uel certe cū quadā ar-  
 ctatione sermonis, q̄ <sup>κατακλιμα</sup> à poētis congeruntur. Si  
 q̄s itaq; sine mediæ spiritus suspensione pronunciauerit  
 (id est, Aut hoc inclusi ligno occultant Achiui, Aut hæc  
 in nostros fabricata est machina muros, Aut aliquis læ-  
 tet error, equo ne credite Teucricōsfundetur ratio cō-  
 positionis, in generali noīe ligni, machine, equi. Itē, Le-  
 ctumq; iugalē, Quo perij, super imponas. Minus aper-  
 tum. Subdistinguentum ergo pro uolūtate dicētis. Hoc  
 enim uoluit intelligi Dido, nō esse lectū iugalē, quo peri-  
 erit. Immorandū est ergo et respirandū post iugalē, &  
 sic inserendū cum <sup>κατακλιμα</sup> uolūtate affectu, Quo perij. In lecti-  
 one plena sentētia <sup>κατακλιμα</sup> dicit, cuius partes sunt com-  
 ma

mata et cola. Modulatio est cōtinuati sermōis in iucū  
 diorē dicendi rationē artificialis flexus, in delectabile  
 auditus formā cōuersus, asperitatis uitā de gratia.

## DE LATINITATE

et quibus constet partibus.

Latinitas est incorrupta loquēdi obseruatio secun  
 dum Romanam linguam. Constat autē (ut ait Varro) his  
 quatuor: natura, analogia, cōsuetudine, autoritate. Na  
 tura est uerborū omniū proprietās, quae immutabilis ne  
 quā, aut min<sup>9</sup> aut plus tradidit nobis, q̄ quod acceperit.  
 Nā si quis dicat scribo, quod est scribo, nō analogiae uirtu  
 te, sed naturae ipsius cōstitutione cōuincitur. Analogiae  
 sermōis à natura pditi est ordinatio secundū rex vniuersi,  
 neq̄ aliter barbarā linguā ab erudita, q̄ argentū à plum  
 bo dissipat. Cōsuetudo, nō ratione analogiae, sed uiribus  
 par est. ideo sola recepta, q̄ multorū cōsensione inualu  
 it, ita tamen, ut illi artis ratio nō accedat, sed indulgeat.  
 Nam ea è medio loquēdi usu, placita assumere cōsuevit.

Autoritas in regula loquēdi nouissima est. Namq̄ ubi  
 oīa defecerint, sic ad illā quemadmodū ad sacram anco  
 ram decurritur. Non enim quicq̄ aut rationis, aut natu  
 rae, aut consuetudinis habet, cū tantū opinione siue lecti  
 one recepta ueterū sit: nec ipsi tamen, si interrogentur  
 cur id secuti sunt, scient.

## DE QVINQVE LO

CVTIONVM GENERIBVS, DE

uitijs item et uirtutibus orationis.

DIOMEDIS GRAM.

**G**enera locutionū sunt quinque: Rationale, artificiale, historicū, glossematicū, commune. De qualitate locutionū, quinque sunt lingue Græcorum, ἰδία, Δωρική, ἄττικὴ, ἰωνική, κοινὴ. Iuxta has ergo quinque linguas, & Latina uerba cōprehensa colliguntur hoc modo. Lat relictis proprijs, uersat in tropis. Doris in singulis partibus orationis, nūc adiectioni, nūc breuitati studēs, barbarismos facit, quos cū sibi uēdicauerint docti, metaplasmos appellant: ut, Teucrū mirantur inertia corda, pro Teucrorum. et, Aggere murū. et, Aulai in medio. Atticis, que breuitati studet, admittit solæcismos, quos cum docti fecerint, non solæcismi, sed χύματτα λέγου appellatur, ut est, Nuda genu. et, Urbem quam statuo, uestra est. ibi enim, Nudū habens genu, debuit dicere. et, Urbes quā statuo, uestra est. sed seruiens schemati quod appellatur ἀνωμοσία, tres orationis partes redegit in duas, usus attici sermo. Aeolus ultra modum copiosa est, et amat per circuitum uerba protendere, et per periphrasim res explicare, ac per hoc πλεονασμῶν, cuius uitium χύμα ἀνωμοσίας appellant. Κοινὴ seu communis est, in qua omnes idem sentiūt.

Μεταπλάσμις est trāsformatio quedam recti solitiq; sermonis in alteram speciem, metri aut decoris causa figurata. Huius species sunt hæ: Prothesis, epēthesis, proparalepsis, apheresis, syncope, apocope, ectasis, systole, dieresis, synalæphe, episynalæphe, ectipsis, antithe- sis, metathesis, paragoge. ἀπόθεσις est quidam generalis metaplasmos, qui fit per adiectionē, sed specialiter sic diffinitur: Prothesis est appositio quedam ad principi-



um dictionis. Litera, ut Turno gnatoq; patriq; pro nato. Syllaba, ut Cōcitu tetuli gradu, pro tuli. *Επίθεσις* est appositio, cum inter primam & ultimam syllabam, aut litera adijcitur, aut syllaba. Litera, ut Hac casti maneat in religione nepotes, pro religione. Syllaba, ut Ma uortis in antro, pro Martis. Hunc metaplasnum quidā *πλονασμὸν* appellat. *προπαράληψις* est, cum aliquid ad nouissimam partē dictionis accedit, ut Admittier orat, pro admitti. & Magicas inuitā accingier artes, pro accingi. *παράγωγι* est, cum ad ultimam simplicis dictionis clausulam, aut litera iungitur, aut syllaba. Litera, ut apud Plautum, quod & hostis, pro hosti. Syllaba, ut potestur, pro potest. *ἀφαιρισίς* ē ablatio de principio dictionis, contraria prothesi, cū aut litera amputatur, aut syllaba aufertur. Litera, ut Ruit omnia late, pro eruit. Syllaba, ut Temnere diuos, pro contēnere diuos. et, Linquere castra, pro relinquere. *συνκοπή* ē ablatio de medio dictionis, contraria epenthesi, ut Extinxti me te q; soror, pro extinxisti. *ἀποκοπή* est ablatio de fine dictionis, pro paralepsi uel paragoge contraria, cum aut litera detrahitur uel syllaba. Litera, ut Aspice num magis sit nostrū penetrabile telū, pro magis. Syllaba, ut in do suam, pro domum. *ἔκτασις* est extēsiō, quæ fit, cum correpta contra rationem per licentiam producitur, ut Exercet Diana choros. Hic enim Di, syllaba producta est, cum corripī debeat. *συστολή* est correptio contra ratiā. Fit aut, cum longa syllaba cōtra ratiōē corripitur, aliqua necessitate cogente, ut Urbemq; Fidenā.

Apheresis.

DIOMEDIS GRAM.

Fidenam primam corripuit, cum producere debuisset.  
 Item, Aquosus Orion. Διάσπλις est unius in duas diu-  
 sio syllaba, ut Diues pictae uestis et auri, pro pictae. &  
 Aulai in medio. Συναλοιφὴ collisio est, quae fit cum dua-  
 rum inter se concurrentiū uocaliū altera eliditur, ut At-  
 q; ea diuersa penitus dū parte gerūtur. Hic enim unum  
 e praecedens excluditur. Ea syneresis à quibusdā nomi-  
 natur. Ἐπισυναλοιφὴ est cōglutinatio seu cōtractio du-  
 arū syllabarum in unā syllabam facta, contraria syna-  
 loephe, ut Fixerit aripedē ceruā, licet aëripedem quin-  
 q; syllabis dicere debeamus. Ita fit una syllaba ex dua-  
 bus. Ἐκδοσις est collisio quaedā difficilis consonantium  
 cum uocalibus aspere concurrentiū, ut est, Multū ille &  
 terris iactatus & alto. Ἀντιθέσις est literae cōmutatio,  
 ut Impete nunc uasto ceu cōcitus imbribus amnis. Impe-  
 te dictū est pro impetu, & Olli pro illi. μεταθέσις dicitur  
 translatio Est autē literarū ordo mutatus, ut est: Nam ti-  
 bi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis. παραθέσις  
 παραλλογὴ est, cū alia q̄ quae debet praepositio ponitur,  
 ut Cui tantum de te licuit? pro in te.

DE SCHEMATIBVS ET TROPIS.

Schemata (quae latine figurae uocantur) sicut nomi-  
 ne ipso patet, cōformationes sunt quaedā, sentētia remo-  
 ta à cōmuni. Haec (ut Quintilianus existimat) adeo tro-  
 pis ipsa rei natura coniūctae sunt, ut à quibusdā tropo-  
 rum nomina acceperint, siue q; formēt orationē, siue q; uer-  
 tant. Vnde et motus dicuntur. Figura est igitur aliquot  
 arte nouata dicēdi ratio. Huius partes duas facit, *quod*

quod est cogitationis & sensuum: & λέξις, quod est elocutionis atque uerborum. Sensuum quidem, ad oratorias uirtutes pertinet, id est, ἡρώεσι λέξεσιν. Nos de eo loquimur quod lex eos dicitur, cuius diffinitio est talis: ἡρώεσι λέξεσιν est ordo uerborum aliter quam debet figuratus, metri aut decoris aut emphasis gratia. Huius species sunt multæ, sed necessariae traduntur, per quas similes colliguntur: Prolepsis, zeugma, hypozeuxis, syllepsis, asyndeton, anadiplosis, anaphora, epanalepsis, epizeuxis, paronomasia, schesis nomaton, paromæon, homœoteleuton, homœoptoton, polypoton, irmos, polysyndeton, dialyton, climax. πρὸ τῆς ἐπιθέσεως est præsumptio rerum ordine secutarum, uel est, cum ante numerus uerbo redditur, quam persone diffiniantur, ut est:

Interea reges, ingenti mole Latinus

Quadrijugo uehitur curru, cui tempora circum

Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,

Solis aui specimen: bigis it Turnus in albis,

Bina manu lato crissans hastilia ferro:

Tum pater Aeneas, Romane stirpis origo,

Sidereo flagrans clypeo & cœlestibus armis,

Et iuxta Ascanius, magnæ spes altera Romæ,

Proceedunt castris.

Et aliter de prolepsi disputatur, cū id quod posterius accidit, ante tempus ascribitur: ut, Launaq; uenit Littora. Launium enim nondum erat, cum ad Italiam uenit Aeneas. Et apud Salustium: Montemq; sacrum atque Auētinum insedit. Qui mons ob hoc quod illum plebs in  
se.

DIOMEDIS GRAM.

federat, postea sacer dictus. *ἑνωμα* est unius ὀβι conclusio, diuersis clausulis coniuncta, ut cum duo aut plura ad unam partem orationis iūgenda referūtur. Huius autem conclusionis cōuersio, tribus locis posita uidetur. Fit enim, aut cum præponitur unum uerbum, ad quod sequentes sensus conferātur, ut est: Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, aut cum in medio sensuum loco positū reperitur, ut est, Troiugena interpretis diuū, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarij laurus, qui sydera sentis, Et uolucrum linguas & præpetis omnia pennæ. Sentis, enim uerbum tam primis quam ultimis iungitur, & ob id *ἑνωμα* nominatur. Aut certe cum uno uerbo sensus clauduntur, ut est Tullianum illud: Nihil ne te nocturnū præsidium palatij: nihil timor populi: nihil concursus bonorum omnium: nihil hic munitissimus senatus habendi locus: nihil horum ora uultusq; mouerunt? Conclufit enim uno uerbo, mouerunt. Inde *ἑνωμα* dicitur. *ἑνωμα* est, cū singule res aut personis obijciuntur, aut uerbis, ut Regem adit, & regi memorat nomenq; decusq;. Quid' ue petat, quid' ue ipse ferat Mezētius, arma Quæ sibi cōciliet, uiolentaq; peccora Turni Edocet: humanis quæ sit fiducia rebus, Admonet, immiscetq; preces. haud sit mora, Tarchon iungit opes, fœdusq; ferit. Hypozexis est, ut Scaurus ait, figuræ, superiori cōtraria, ubi diuersa uerba singulis iunguntur. *σύνταξις* est dissimilium clausularum per unū uerbum conglutinata cōceptio, cū singularis dictio plurali uerbo, uel priori tātum uel ultimo redditur, uel con-



trā, ut est: Hic illius arma, Hic currus fuit. Item, Sūt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis. *ἀσύνδουλον* est, cum aliqua incompōsite & simpliciter proferuntur, ut Veni, uidi, uici. Hæc ab alijs *ἀσύνδουλον* dicitur. *ἀναδιπλωσις* est, cum ultima prioris uersus dictio, in initio sequentis iteratur, ut Sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidēs. *ἀναφορὰ* est relatio uerbi eiusdem aut similis per principia uersuum plurimorum, ut Nate meæ uires, mea magna potentia solus, Nate patris summi. Item, Spes tu nunc una senectæ, Tu re quies miseræ. decus imperiūq; Latini Te penes, in te omnis domus inclinata recūbit. Est & secunda anaphora, per quam elocutio non conuenienter respondens, aliud refert occulte, ut est apud Salustium: Sed antea item conitruere pauci, in quibus Catilina, de qua quā breui sine potero, dicam. Hic de qua, intelligendum, coniu ratione. *ἐπανόλησις* est, cum maiore significato facta Epanalepsis. repetitio, ut est in Horatio: Heu heu fugaces Posthume Posthume labuntur anni. Et aliter, Epanalepsis fit, cum eadem dictio & principium uersus et clausulam tenet, ut Multa super Priamo rogans, super Hectore multa. Item, Pater inquam, me lumine orbauit pater. Item, Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & ante. Et hoc, Nauis onusta præda Siciliensi, cū ipsa esset ex præda. *ἐπίσχυσις* est eiusdem dictionis in eodem uersu sine aliqua dilatione geminatio, cum impetu pronuntiationis: ut, Me me adsum qui feci, in me conuertite ferrum, O Rutuli, mea fraus omnis. *παρονομασία* est ueluti quædam de-

DIOMEDIS GRAM.

nominatio, cum præcedenti nomini aut nomen aut uer-  
 bum annectitur, ex eodem figuratū: ut, Fugam fugit, fa-  
 ctum facit, gratas gratias, Creta decreta est, pugna pu-  
 gnata est. et aliter, Paronomasia fit, cum dictio iterat,  
 mutata tamen aut litera aut syllaba, quoties quis nomi-  
 ne simili utitur in significatiōe diuersa, ut est apud Te-  
 rentium: Nam inceptio est amētium, haud amantium.  
 et apud Ciceronē: Qui fuit locus religiosissimus, is erit  
 locus desertissimus. Et custodia castrorum non honoris,  
 sed oneris existimatur. utē, si non prætorem te, sed præ-  
 donem dicimus. *ἁίσις ὀνομαστικῶν* est, cum singulis nomi-  
 nibus epitheta coniuncta sunt: ut, Marsa manus, Peligna  
 cohors, festina uirū uis. Et aliter: *ἁίσις ὀνομαστικῶν* est, cum  
 in connexu uel in contextu sententiarum plures antono-  
 masiæ ponuntur, ut Armipotēs Tritonia uirgo. *παρῶν*  
*μοίον* est, cum uerba uel nomina parum inflexa, et tamē  
 similia superioribus inferuntur: ut, Multa uiri uirtus anti-  
 mo, multusq; recursat Gentis honos. Et aliter: Paronomæ-  
 on fit, cum uerba similiter incipiunt: ut, Machina multa  
 minaximatur maxima muris. *ἁίσις ὀνομαστικῶν* est ora-  
 tio similibus clausulis terminata, id est, pari uerborum  
 exitu finita, ut apud Ennium: Eos deduci quam relinq-  
 euchi quam deserui malui. Salustius: In nuda iniecta cor-  
 pora. Vergil. Bella horrida bella. *ἁίσις ὀνομαστικῶν* est ora-  
 tio excurrrens in eosdem casus similiter, id est, cum uno si-  
 miliq; casu totus sensus elocutionis impletur, ut apud Sa-  
 lustium: Maximus ducibus, fortib; strenuus; q; ministris.  
 Et aliter, Homœoptoton fit, cum oratio excurrit in eos-  
 dem

dem casus & similes fines, ut Ennius: Mœrètes, flentes,  
lachrymantes ac miserâtes. Itē homœoptoton est, cum  
in similes casus exeūt uerba diuersa. Ac rursus, Homœ  
optoton est, cum simili modo dictiones multæ finiūtur.

Πολύτροπος est oratio casuū uarietate distincta, ut est  
in Terentio: In te spes Hecio nobis sita est, te solū habe-  
mus, tu es patronus, tu pater. Ille tibi moriēs nos commē-  
dauit senex. Si de seris tu, nos perimus. Itē, Littora lit-  
toribus cōtraria, fluctibus undas. Εἰρηδός est, cū unifor-  
mis cōtinuatur series orationis, unius casus tenorem ad  
clausulam usque custodiens: ut, Principio cœlum ac ter-  
ras camposq; liquēteis &c. πολυούρδον est oratio plu-  
ribus coniuncta coniunctionibus: ut, Alcandrumq;, Ha-  
lumq;, Noēmōnq;, Prytanimq; itē, Tectumq;, larēq;  
Armaq;, Amyclaeūq; canem. Διόλυτον est oratio, quæ  
sine coniunctionibus solute ac simpliciter effertur, nul-  
la cōiunctione interposita, superiori contraria: ut, Alij  
nautilibus ite, Ferte citi flammās, date tela, impellite re-  
mos. Item, uenimus, uidimus, placuit. & apud Pullium,  
Pertulit, cogitauit. hæc etiam Βραχυχλοία nominatur.

Κλίμαξ est (quam nostri gradationē uocant) adiectio  
repetens quæ dicta sunt. antequam enim ad aliud descē-  
dat, in prioribus resistit. Hæc est, quoties ab eo quo sen-  
sus superior terminatur, inferior incipit, ac deinceps  
quasi per gradus idē dicēdi ordo seruat: ut est, Indu-  
stria parit uirtutē, uirtus gloriā, gloria inimicitias, ini-  
micitia pericula. Simile est exēplum ex græconotissī-  
mo translātū: Non hæc quidē dixi, sed nec scripsi. Nec  
scri-

DIOMEDIS GRAM.

scripsi quidem, sed nec obij legationem. Nec obij quidē,  
sed nec psuasi Thebanis. Sunt tamen erudita & latina.  
Aphricano uirtutē industria, uirtus gloriā, gloria emu-  
los comparauit. Item, Nō ergo magis pecuniarum repe-  
tundarum q̄ maiestatis, neq; maiestatis q̄ Plautiæ legis,  
neq; Plautiæ legis magis q̄ ambitus, neq; ambitus magis  
q̄ omnium legum iudicia perierunt. Inueniuntur quoque  
apud poet̄as, ut apud Homerum in sceptro, quod ab Iou-  
e Agamemnon dedit:

— ἀνὰ δὲ κρείων ἀγαμέμνων.

ἔστι σὺν ἴπρον ἔχων, τὸ μὲν ἕφαιστος ἄκομα τῶν χων,  
ἕφαιστος ἄκομα δὲ κρείωνι ἀνοκτι,  
αὐτὰρ ἄρα ζῆς δῶκε δακτύλῳ ἀργυρόντῳ,  
ἕρμῆος δὲ ἀνοξέ δῶκε πέλοπι πλεξίππῳ,  
αὐτὰρ ὁ αὐτὲ πέλοψ δῶκε ἀτρεί ποιμίνι λαῶν  
ἀτρείς δὲ θύσων, ἔλπε πολυάργυρι βύσσῳ  
αὐτὰρ ὁ αὐτὲ βύσσι ἀγαμέμνονι λυτὴ φορῶσαι.

Apud nostrum etiam tragicum sic:

Ioue propagatus est (ut perhibent) Tantalus,  
Ex Tantalō Pelops, ex Pelope autem satus  
Atreus, qui nostrum porro propagat genus.

Hæc autem gradatio apertiorē habet artem et mē-  
gis affectatam, ideoq; rarior esse debet. Itē apud Vergi-  
lium: Torua leana lupum sequitur, lupus ipse capellam,  
Florētem cythisum sequitur lasciua capella. Te Cory-  
don ὁ Alexi. Vitia orationis generalia sunt tria, obs-  
cure, inordinatum, barbarum. Obscuritatis species  
sunt octo: Acyrologia, pleonasmus, perissologia, amphi-  
bologia, tautologia, eclipsis, ænigma, macrologia. In-  
or-



ordinatæ oratiōis species sunt quinque: *tapinosis*, *æschrologia*, *cacophaton*, *cacozelia*, *cacosyndeton*. *Barbaræ orationis partes sunt duæ*, *solæcismus* & *barbarismus*, quarum species sunt plurimæ. *Ακυρολογία* est dictio minus conuenienter elata, uel non proprijs dictionibus obscurata sententia: ut, *Accede ad ignem hunc, iam calæsces plus satis*. Ibi null<sup>9</sup> significatur ignis, sed meretrix. & apud *Vergilium*: *Hunc ego si potui tantū sperare dolorem, protimere posuit*. *Πλονασµιδς* est sententia uerbo plus quā necesse est abundās: ut, *Sic ore locuta est, cum utiq; sufficeret, sic locuta est*. *Περισολογια* est multorū uerborum adiectio superuacua, sine ulla uirerū, ut *Ibāt qua poterant, qua non poterant non ibant*. Hic enim, excepto *Ibant*, omnia superuacua sunt. *Μακρολογία* est oratio culta nimium. *Scaurus* ita diffinit: *Macrologia est longa descriptione producta sententia*: ut, *Postera lux summo spargebat lumine terras, Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant, cum sit satis dixisse, Sole orto*. *Verfibus* tamē minus nocet, quā solutæ orationi. & apud *Liuiū*: *Legati non impetrata pace, unde uenerant, domum reuerterūt*. Hic enim non pondus adiecit sententiæ, longitudo, sed magis decorem abstulit. *Αμφιβολγια* est uitio compositionis in ambiguo posita sententia, *Aio te Aeacida Romanos uincere posse*. Item, *Certum est enim Antonium præcedere eloquentia Crasum*. Hi enim duo sensus uitio ambiguitatis carent proprietate, cum sit incertum, ab *Aeacide Romanos uinci posse, an ab Romanis Aeacidā*. Si-

DIOMEDIS GRAM.

militer ab Antonio uinci Crassum eloquētia, an à Cras-  
 so Antonium. Fit per ὁμῶν ὄνομα, cum dicimus, taurum, et  
 nescis utrum de armento, an obscenam corporis partē,  
 an montem qui est in Cilicia, an qui est in Syderibus tau-  
 rum dicamus. Fit item per cōmunia uerba, ut V adatur  
 in foro Cato, seu criminatur. Incertū est, agat ne in ali-  
 um, an ipse ab alio idem patiatur, quia uador & crimi-  
 nor sunt uerba cōmunia. Item fit et per distinctionem,  
 ut Vidi statuā aureā hastam tenentē. Fit præterea plu-  
 rimis modis, quos percurrere omnes, ne nimis longū sit,  
 non oportet. Τὸν ὁμοῖον est eiusdem dictionis in eadē  
 sententia superuacua repetitio, ut est, Flens lachrymarum  
 fluorem fudit. & Ego metipso, cum suffecerit, ego.  
 Ἐπιπλοῦς est necessaria dictione defraudata sententia,  
 uel defectus quidam necessariae dictionis, quam deside-  
 rat præcisa sententia, ut est, Terris iactatus et alto, cum  
 desit præpositio. Italiā fato profugus, id est, ad Italiā.  
 Ἀπίστευτον est per incredibilia cōfusa sententia, ut Auia si-  
 liorum est, quæ mater mariti, cum locasta significetur.  
 Τὸ ἀπιδύωσις est contra dignitatē rei magnæ humili ex-  
 positio, ut est, Marcido dies sole pallet, cū marceant ter-  
 rena, nō immortalia. et apud Flaccū, Pelidæ stomachū.  
 & apud Vergiliū, Multa malus simulans, pro sceler-  
 stus. Ἀἰχρολογία est uitio compositionis inuerecunda  
 oratio, aut compositio uerborum obscenæ significati-  
 onis, aut unius uerbi obscena significatio & pronun-  
 ciatio. Compositione fit, ut, Cum Numero fuit emēdatur  
 hoc uitium interposita aliqua particula, ut Cū quodā Nu-  
 me

merio sui) & Numerum cum nauibus æquat. Item unius uerbi obscœna pronuntiatio sic fit, ut est apud Salustium, Ductabat exercitus, et, arrexit animos militũ.

Κακόφωνον est uitio compositionis inuerecunda suspitio, ut Arrige aures Pamphile. Item, At ramũ hunc aperit, ramum qui ueste latebat. κακοσουλία est per affectionem decoris corrupta sententia, cum eo ipso dedecoretur oratio, quo illam uoluit autor ornare. Hæc fit aut nimio tumore, aut nimio cultu. Nimio tumore, Iuppiter ó præsens, cœli qui sydera torques, Ore tuo dicenda loquar. Nimio cultu, Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo, Per iuga chrysoliti, positaq; ex ordine gemmæ.

κακοσουλία est per affectionem decoris corrupta sententia, cum eo ipso dedecoretur oratio, quo illam uoluit autor ornare. Hæc fit aut nimio tumore, aut nimio cultu. Nimio tumore, Iuppiter ó præsens, cœli qui sydera torques, Ore tuo dicenda loquar. Nimio cultu, Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo, Per iuga chrysoliti, positaq; ex ordine gemmæ. κακοσουλία est indecens structura uerborum, ut est, Versaq; iuencũ Terga fatigamus hasta. Βαρβαρισμός est dictio uitiosa. Est tamen hæc diffinitio generalis, quoniam dictio, & contexta oratio, & una pars eius intelligitur. Et quia consuetudo hanc tantum barbarismũ appellat, qui fit in una parte orationis, aptius hac utemur diffinitione: Barbarismus est contra Romani sermonis legẽ aut scripta aut pronunciata uitiose dictio, hoc est, Barbarismus est enunciatione uel scripto una pars orationis corrupta, ac per hoc nõ latina. Sed hoc uitium in soluta oratione nomen suum obtinet, ceterũ apud poetas metaplasmus uocatur, solæcismus autẽ schema. Barbarismus & Βαρβαρισμός (id ẽ, barbara dictio) inter se differunt, quia barbarismus in latina dictione fit, barbara autem lex tota peregrina est dictio, ut gaza. Barbarismus

Barbarismus

DIOMEDIS GRAM.

smus fit modis principalibus quatuor, adiectione, detractio-  
 ctione, mutatione, transmutatione. Adiectionis species  
 sunt quatuor. Aut enim per adiectionem temporis siue  
 productionem fit, hoc modo, Italiam fato profugus. Ibi  
 prima syllaba cum corripitur debet, producta est. Itē cū  
 debeat habere tempus unum, habet duo. Adiectione lite-  
 re, ut si quis reliquias geminata l pronunciet, ut Reliq-  
 as Danaū atq; immitis Achilli. Adiectione syllabe, cum  
 dicim<sup>9</sup> Mauors pro Mars, & tetulit pro tulit, ut Mauor-  
 tis in antro. & Nunq̄ huc tetulisse pedem. Item alitu-  
 um pro alitum. Adiectione aspirationis & sono prodit  
 hoc pacto, cum dicimus, choronam cum aspiratiōe, cum  
 debeat leniter proferri. Item hamo pro amo. Detrac-  
 ctionis species sunt eque quatuor, detractiōe tēporis, li-  
 teræ, syllabæ, aspiratiōis, Temporis, ut Feruere Leuca-  
 tem. Literæ, ut si quis detracta a litera pretor dicat, ut  
 Lucilius: Pretor ne rusticus fias, cum debeat e pronun-  
 ciari prator, sed structuræ gratia syllaba longa corri-  
 pitur. Syllabæ, ut si quis dicat temnere pro cōtemnere,  
 ut Vergilius, Et non temnere diuos. Aspiratione, ut si qs  
 dicat omo sine aspiratione, cum debeat asperere pronun-  
 ciari. Hæ autem species inueniuntur locis tribus, in pri-  
 ma parte dictiōis, in media, in nouissima. In prima par-  
 te fit per ἀφαιρισιν, id est, per detractiōem, ut linque pro  
 relinque. In media per συνκοπὴν, id est, cōcisiōem, ut nan-  
 tes pro natantes. In nouissima, per ἀποκοπὴν, id est, per  
 abscisionem, ut uolup, pro uolupe, & si accusatiuo sine  
 in litera, domu dixeris. Per παραλλαγὴν, id est, mutatio-  
 nem



nem literæ, si literam aliã pro alia pronunciemus, ut aduenire pro aduenire. Transmutatione, cum in eadem dictione, commutatis in se literis utimur, ut leriquias, si per literam pronunciemus, cum debeat per r pronunciari prima syllaba reliquias. Item lerigionem pro religione. Per *λυ* fit quoq; id est, per uni<sup>9</sup> literæ elisionem, ut repositum pro repositum. Sunt præterea pronuntiatio nis quedam uitia, quæ nonnulli barbarismos uocant, *ιωτασις*, *αοι*, *αοι*, *αοι*, *αοι*, *αοι*, *αοι*, hiatus, collisiones, & oia que plus æquo minus uel sonantia, ab eruditis auribus respuuntur. Hæc uitia prolocuti cauenda, controuersia de nomine pertinacibus relinquamus. Iotacismi sunt, cū i litera supra iustum decorem in dictionibus extenditur. Lambdacismi similiter, si Lucem prima syllaba uel Almaniuium plene pronunciemus. Metacisci quoq; sunt, cū in fine partis orationis inuenitur m litera, et sequens à uocali incipit, quæ non sit loco consonantis posita. Hæc enim scribitur, non autem pronuntiatur: ut, Quousque tandem abutere. Tunc autem pronunciamus m literam, cum sequitur uocalis loco consonantis posita, ut est, Tū luno æternum seruans. Distinctio quoq; separat uerba, ut est, Dum cōderet urbem, Inferretq; deos Latio. quæ pronuntiatio seruanda, ne sit barbarismus, non in scriptura, sed in sermone, si enunciata fuerit.

**S**olœcismus est cōtra rationem Romani sermonis disturbans orationem, & uitium in contextu partium orationis cōtra regulam artis grammaticæ positū, id est, non conueniens Romano sermone iunctu-

Solœcismus

DIOMEDIS GRAM.

Vnde Soloe  
cismus di-  
ctus.

ra uerborum. Solœcismus dicitur Græce ὁλοῦν λέγειν ἢ ἄλλῃ ἢ ἰδίῃ  
id est, integri sermonis corruptio, uel à ciuitate Ciliciæ,  
quæ Soloe olim dicebatur, nunc Pompeiopolis nominat  
tur, cuius incolæ qui sermone corrupto loquebantur, si-  
militer uitiose loquentes, apud Athenienses ὁλοῦν λέγειν di-  
cebantur. Vnde idem uitium, quod Solœcismus appellat  
tum est, latine à quibusdam Stribiligo appellatur. Vel à  
Solone legum autore, qui indifferenter locutus est. So-  
lœcismus fit modis generalibus decē & quatuor, per im-  
mutationem generū tam nominis quàm pronominis, ca-  
suum, numerorum, personarum, temporum: per qualita-  
tem uerborum, per modos, per aduerbia, per præpositi-  
ones, per gradus seu collationes, per geminationem ab-  
nuendi, per ordinis immutationem, per immutationem  
I. accentus. Primus modus solœcismi fit per immutati-  
onem generū nominis, cū dicimus, atrasilex: aut, amar-  
re corticis: aut, purpurea narcissus, cum ater silex debe-  
at dici, & amari corticis, et purpureus narcissus. quare  
II. foemini generis factū est, quod erat masculini. Sec-  
undus modus fit per immutationem generis pronomi-  
ni, ut quis mulier, cum debeat dici quæ mulier, ut apud  
Enniū: Quis tu es mulier, qui me insueto nuncupasti no-  
mine? pro quæ foeminino, masculinum quis posuit. itē si  
finitū pro infinito ponamus, id est, si dicamus de absen-  
te, hic facit: aut de præsentē dicamus, is fecit, cum debeat  
III. mus dicere, hic fecit. Tertius modus fit per immuta-  
tionē casuum sic, cū in sermone aliū casum pro alio po-  
nimus: ut, Urbem quæ statuo, uestra est, accusatiuum ca-  
sus

sum pro nominatiuo posuit. Quartus modus per immutationem numerorum, ut Pars in frustra secāt, namerum pluralem pro singulari posuit, cū pars secāt, debuerit dicere. Quintus modus fit per immutationē personarū, ut si quis aliam personam pro alia ponat, ut Hec prima piacula sunt, cum debuerit dici sint, secundam personam posuit pro tertia. Sextus modus per temporū immutationem, ut est, Nec ueni nisi fata locū sedemq; dedissent: cum debuerit dicere, nec uenissē nisi fata etc. Tempus prateritū per seclū pro plusq; per seclū posuit. Itē, Quae manus interea Thuscis comitetur ab oris Aenean, armetq; rates etc. pro comitata sit & armauerit. Septimus per qualitates uerborū fit: ut, Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam. Fecit enim commune uerbum nutritor, ab eo quod erat actiuum nutritio. Octauus modus per uerborum modos, ut At Rutuloreg ducibusq; ca mira uideri Ausonijs. In finitum enim posuit pro pronūciatiuo, cum deberet dicere, uidebantur. Nonus modus fit per aduerbia loca, ut si dicamus, Intus eo, Intro sum: cū debeat dici, Intro eo, Intus sum. Et, Eamus illic, pro illuc. Illic, enim in loco est: illuc, ad locum. Decimus modus fit per praepositiones, ut Rapuitq; in fomite flammā. ablatiuū enim casum posuit pro accusatiuo, cū debuerit dicere, in fomite, quasi rapuit ad fomitē. et, apud amicū eo. i. ad amicum eo. Undecimus modus est per gradus, si q; comparatiuum ponat pro superlatiuo, aut absolutū pro alterutro, ut si quis dicat, bonus omnium, cum optimus debeat

- beat dicere: aut melior omnium, cum melior omnibus de  
 beat dicere, cui<sup>9</sup> exemplū est: Is que stus est multo uber-  
 XII. rimus, cū debeat dici, multo uberior. Duodecimus mo-  
 dus fit per geminationem abnuendi, ut si dicas, nihil un-  
 quam peccaui, cum debeat dici, nunquam peccaui. quoni-  
 XIII. am due abnegatiue unā cōfirmationem faciūt. Terti-  
 usdecimus modus fit per immutationē ordinis, si partis-  
 culā quā debeas primo loco ponere, postponas: aut quā  
 debes postponere, primo loco colloques, cum dicis, Aut ue-  
 XIII. nis, cum debeas dicere, Venis autē. Quartusdecimus  
 fit per immutationem accentus, taliter, ut si quis aduer-  
 bium loci, ubi, quod est positum pro aduerbio temporis,  
 acute pronunciet, & ita fiet locale, cum debeat esse tem-  
 porale, ut est i illo uersu: inde ubi uenere ad fauces gra-  
 ue olentis Auerni. Vbi, enim grauius legendum est, quo-  
 niam significat postquā. Sic et alia similiter, ut si post,  
 aduerbium, cum graui pronuncietur accentu, erit pre-  
 positio: si acuto, erit aduerbium, ut Longo post tempo-  
 re uenit. Quidam adijciūt quintumdecimum modum,  
 qui putant & in una parte orationis fieri solœcismum,  
 si inconuenienter proponatur, ut si demonstrātes uirū,  
 hanc dicamus: aut foeminam, hūc: aut interroganti quō  
 pergamus, respondeamus, Romæ: aut unum salutantes,  
 saluete dicamus: cum utiq; præcedēs demonstratio, uel  
 interrogatio, uel saluatio uim contextæ orationis con-  
 tineat. Multi etiam dubitauerūt, quadriga, scala, scopā,  
 solœcismus an barbarismus esset, cum scilicet id genus  
 orationis barbarismus esse ipsius uitiij diffinitione pos-  
 sit



fit agnosci. Ita fiunt solœcismi secundum plerosq; modis quatuordecim, secundum quosdam quindecim. Inter barbarismum & solœcismum hoc interest, quòd solœcismus in pluribus partibus fit, & discrepantes & inconsequentes inter se dictiones habet: barbarismus autē in una, & hoc in soluto sermone. Ceteriam apud poetas barbarismus metaplasmus dicitur, solœcismus schema nominatur. Latine barbarism<sup>o</sup>, dissonās uocatur: metaplasmus, transformatio dicitur: solœcismus, imparilitas appellatur: schema, figura.

## DE ORATIONIS

uirtutibus & tropis.

**V**irtutes orationis generales sunt due, proprietates et ornatus. Proprietas est regula sermonis, quam Græci analogiam uocant, quidam ex nostris proportionem. Huic accedit breuitas, quam Græci *σύντομος* uocant. Item tenor, quem illi uocāt *τόνος* aut *ἡμῶν*. Ornatus species sunt due, ex quibus prior debet esse compositio, quam Græci *σύνθεσις* uocāt: Sequens est culta & sana oratio, quam illi nominant *κρίσις*, in qua tropi sunt. Regula sermonis, quam uocāt analogiam, seruat recta scripturae ratione, ut sciamus in hoc uerbo scripsi, b litera potius utendum esse quàm p, cum exordium uerbi quod est scribo, b obtineat. Breuitatem (quā *σύντομος* Græci dicunt) tunc notabimus, cū rei magne sensus sufficienter ad dignitatem, quāuis breui enūciabitur sentētia, ut apud Vergilium: Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar, Imperium oceano, famam qui

DIOMEDIS GRAM.

terminet a stris. Hic enim et Troiana dignitas, et Cæsaris principatus, & Romano imperio possessio indicatur orbis. Tenor, quem græci dicunt *τελειον* aut *ηπιον* *διον*, in flexibus uocis seruandus est. nam quædam acuto tenore, pleraque graui, alia flexo enunciantur. In ornatu prima comparatio debet seruari, ut non sit dissonans et absona structura orationis. Et culta & sana oratio, quam Græci dicunt *κυριολογικον*, sine lenocinio debet ornari, ut Romanos rerum dominos gentemque togatam. Hic etiam ipsa ueritas sententiam ornauit. Huic accedunt tropi, quibus conuenienti ratione proprietates illustrantur.

Tropus est (ut ait Scaurus) modus ornandæ locutionis, & dictio translata à propria significatione ad non propriam, decoris aut necessitatis, aut cultus, aut *ειπεως* gratiæ. Quintilianus sic diffinit: Tropus est sermo à principali & naturali significatione translatus ad aliam, ornandæ orationis gratiæ. Tropi sunt, metaphora, metalepsis, antonomasia, onomatopœia, hyperbaton, allegoria, catachresis, metonymia, synecdoche, periphrasis, hyperbole, homœoxeuzis. Horum omnium generatilis est metaphora. Cæteri omnes, huius species uidentur.

Metaphora est rerum uerborumque translatio à propria significatione ad non propriam ob similitudinem, decoris aut necessitatis, aut cultus, aut emphaseos gratiæ. Hæc fit modis quatuor his: ab animali ad animale, sic, Tiphyn aurigam celeres fecere carinæ. ab agitatore ad gubernatorem transtulit. Item, Quatuor hic primū omen equos in gramine uidi Tondentes campum late candore  
ni.

niu. Ab animali ad inanimale, sic, At procul excelso  
 miratus uertice montis, pro cacumine nūc uerticem di-  
 xit, qui est animalium tantum. Item, Fertur in abruptū  
 magno mons improbus actu. Ab inanimale ad animale,  
 ut Si tantum pectore robur Concipis. à ligno ad homi-  
 nem transfuit. Item, Ambo florentes et atibus. Ab ina-  
 nimali ad inanimale, ut, Pelagus tenuere rates, pro na-  
 uibus nūc rates dixit. Item, Sequitur cumulo præruptus  
 aquæ mons. Metaphoræ quædam sunt communes, quæ à  
 Græcis ἀκρόλουθαι appellantur: ut, Tiphyn aurigam cele-  
 res fecere carinæ. Quia quemadmodum in nauis auriga  
 dici potest, ita in curru gubernator: ut, Cumq; guberna-  
 tor contorsit equos, hic gubernatorem pro auriga po-  
 suit. Quædam non communes, quæ à græcis ἀνακρόλουθαι  
 nominantur: ut, cum uertice montis. Non enim potest in-  
 uicem dici, cacumen hominis, sicut dixit uerticem mon-  
 tis. Scire ergo debemus esse metaphoras alias recipro-  
 cas, alias unius partis. κατόχρησις est necessaria simi-  
 lium pro proprijs abusus, et usurpatio nominis alieni, id  
 est, dictio deficiens proprietate, alterius nomē usurpans  
 quasi proprium. Hæc à metaphora distat, quod illa uoca-  
 bulum quod habet, largitur: hæc quia nō habet propriū,  
 alieno utit, ut parricida dicitur, q̄ fratrem aut uxorem occi-  
 dit, cū ille proprie parricida sit, qui parentem occidit.  
 μεταλήψις est per trāssumptionē dictionū, proprietate  
 dilatio, uel dictio gradatim ad propria significationē  
 descendens: ut, Spelūcis abdidit atris. Ab atris enim nigra  
 intelligunt, ex nigris tenebras habentes, et p hoc in præ-  
 ceps

DIOMEDIS GRAM.

ceps profunde. ΑΥΤΩΝ ΜΙΩ dicitur trās-nominatio. Est autem dictio à propria significatione ad aliam impro-priam translata. Fit autem modis sex. Per id quod con-tinetur, id quod continet. sic, Crateras magnos statuūt, & uina coronant. Nō enim uina, sed crateras in quibus uina. Per id quod continet, id quod continetur. sic, Cœ-lo gratissimus annis, pro dijs qui coelo continentur. Per inuentorem dominantem' ue, inuētum subiectum' ue. sic, Sine Cerere & Libero friget Venus. Vult enim per Ce-rerem, panem intelligi: per Liberum, uinum: per Vene-rem, concubitum. Per inuentum subiectum' ue, inuento-rem dominatorem' ue. ut, Vinumq; precemur, nam hic deus praesens adest. Per efficientē, id quod efficitur. sic, Hic melior remis. Infert enim uelocitatem, sed uelocita-tem quae per remos fit. Ab eo quod fit, id quod facit. sic, Frigus pigrum. Item, Mœstumq; timorem, id est, q mœ-stos facit, hoc est, tristes. ΑΥΤΟΝΟΜΟΙΩ, id est, pronomi-natio, quae pro proprio, alieno utitur. uel significatio ui-ce nominis posita, & uocabulum quod sine nomine pos- tum, loco eius fungitur. Dicitur autem antonomasia mo-dis tribus, aut ab animo, aut à corpore, aut extrinsecus. Ab animo, ut Magnanimusq; Anchiades, id est, Aene-as. A corpore, ut Atq; his aligerum dictis affatur amo-rem, id est, Cupidinem. Item, Ipse arduus. Extrinsecus, ut Infelix puer, atq; impar congressus Achilli. Antonomasia est uocabulū, quod sine nomine positū, loco eius fun- gatur, ut est, Arm a uirumq; cano, & intelligitur Aene-as, Item Domitor maris dicitur, & intelligitur Neptu-



nus. Itē, ipse arduus. Huius species est epitheton. Est au-  
 tem ἐπιθετον appositā dictio proprio nomini, aut ornandae  
 di, aut destruendi, aut iudicandi causa. Ornāt epitheta,  
 sicut, Dia Camilla. Destruunt, ut, Scelerum' q; inuentor  
 Vlyses. Indicant sic, ut Larissaeus Achilles. Sumuntur  
 autē epitheta modis tribus, ab animo, à corpore, extrin-  
 secus. Ab animo, Magnanimusq; Anchisiades. & Contē-  
 ptor diuū Mezentius. A corpore sic, Ergo his aligerum  
 dictis affatur Amorem. & Pulcher Iulus. Extrinsecus  
 quae sumuntur, in plures species diuiduntur. Sunt enim à  
 loco, ab actu, ab euentu. A loco, ut Vlyses dicitur Itha-  
 cus aut Pelasgus. Ab actu, ut Aeneia nutrix Caieta. Ab  
 euentu, ut Insula diues opū Tenedos. Συνοδὸς est di-  
 ctio plus minus' ue pronuncians quàm significans. Mo-  
 do enī à toto pars intelligitur, modo à parte noiata to-  
 tum accipitur. A toto pars, ut Ingens à uertice pontus.  
 non enim totum pelagus fuisse dicitur, quod nautam ex-  
 cussert, sed pars pelagi, id est, fluctus. Item, Fontem' q;  
 ignemq; scēbant. A parte totum, ut Haud aliter pup-  
 pesq; tuæ, pubesq; tuorū. A puppibus enim naues signi-  
 ficat, à pube ipsos homines. Ονομαστικὸν est dictio si-  
 gurata, ad imitādum uocis confusae significationem, ut  
 Timnitus aëris, clangorq; tubarum. Itē cum dicimus, ual-  
 uas stridere, oues balare, aues garrire, & cætera his si-  
 milia. περιφραστικὸν est numerosior dictio, uel dictionum  
 prouniuersa rei significatione congregatio, uel circū-  
 locutio cum cultu, longiore uerborū ambitu rem descri-  
 bens: quae sit ornandae rei causa, quae pulchra est: aut ui-  
 tana

Epitheton.

Synecdo-  
che.Onomato-  
pœia.

Periphrasis

DIOMEDIS GRAM.

tandæ, quæ turpis est. Ornandæ rei, ut breuitatem splendide producat. Vitandæ, ut fœditatem circuitu deuitet. Breuitatē splendide producit sic, Et iā prima nouo spargebat lumine terras, Tithoni croceū linquens aurora cubile. Poterat enim dicere, iā lucebat, aut dies ortus erat. Fœditatē circuitu deuitat sic, Placidumq; petiuit Cōiugis infusus gremio per membra soporem. Hoc enim circuitu, euitata decenter obscenitate, ostendit concubitū. Item, Nimio ne luxu obtusior usus Sit genituali aruo, et sulcos oblimet inertes. Hoc enim circuitu significat cōceptum scemine difficilem.

- Hyphaton. *ὑψηλόν* est in eodē sensu perlonga dictionis dilatio, et transgressio quedā uerborum ordinē turbans. Sed hic tropus generalis est, eius enim species sunt quinque, anastrophe, diacope, uel (ut quidam) tmesis, dialysis siue parenthesis, synchysis, hysteron proteron. *ἄναστροφὴ* est inuersio dictionum contra bonū ordinem orationis, & duorum uerborum ordo præposterus, nullo interposito extrinsecus uerbo, ut Trāstra per & remos. est enim per trāstra. Item, lupi ceu. *ἀναστροφή* siue *τμήσις* est dissectio compositæ dictionis, interposito extrinsecus uerbo: ut, Septem subiecta trioni, cum iungi debeat, septentrioni. *διαλύσις* siue *παράθεσις* est interposita ratiocinatio diuise sententiæ: ut, Cum socios (namq; omnis eum stipata tenebat Turba ducum) sic incipiens hortatur ouantes. Item, Aeneas (neque enim patrius consistere mētem Passus amor) rapidum ad naues præmittit Achaten. Ordinandum est sic, Aeneas rapidū ad naues præmittit Achaten. *σύνχυσις* est hyperbatō obscū
- Anastrophe
- Diacope.
- Tmesis.
- Dialysis.
- Synchysis.

obscurum, hoc est, ex omni parte confusum. ut, Vina bo-  
 nusque deinde cadis onerarat Acestes Littore Trinac-  
 rio, dederatq; abeuntibus, heros Diuidit. cum sit ordo,  
 Deinde heros diuidit uina, quæ bonus Acestes onerarat  
 cadis, & de Trinacriolittore abeuntibus dederat. Itē,  
 Tris notus abreptas in saxa latētia torquet, Saxa uocāt  
 Itali medijs quæ in fluctibus aras. Cuius recta composi-  
 tio est talis: Tris notus abreptas torquet in saxa, medijs  
 fluctibus latentia, quæ saxa Itali aras uocant, Dorsum  
 immanc mari summo. ὑσπολαογία est uel ὕσπορον πρῶτον, Hysterolo-  
 cum id quod primum esse debet, secundo ponitur loco: gia.  
 uel quum sensus ordo præposterus redditur, ut Postera  
 Phoebea lustrabat lampade terras, Humētēni q; aurora  
 polo dimouerat umbram. Prius est enim, ut noctis um-  
 bra discedat, deinde sol oriatur. Item, Cererem Et tor-  
 rere parant flammis & frangere saxo. ὑπὲρβολία est  
 dictio fidē ueritatis excedens, augendi minuēdi ue gra-  
 tia. Augendi, ut Niue candidior, Velocior aura. Minuē-  
 di sic, Tardior testudine, Leuior folio. Itē apud Vergi.  
 Illa uel itacta segetis p̄ summa uolaret Gramina, nec te-  
 neras cursu lesisset aristas. Vel mare per mediū fluctu  
 suspēsatumenti, Ferret iter, celeres nec tingeret equo-  
 re plantas. ἀλλογογία est oratio aliud dicēs, aliud signi-  
 ficans per similitudinem aut per contrarium, ut apud  
 Vergilium: Et iam tempus equūm spumātia soluere col-  
 la. Significat enim carnē esse finiēdum. Itē, Meccenas,  
 pelagoq; uolās da uela patēti. Non enim autor nauigati-  
 onem quam dicit, uult intelligi, sed fauorem Meccenatis  
ad

DIOMEDIS GRAM.

ad carminū consummationē. Huius tropi species sunt septem: ironia, antiphrasis, anigma, charientismus, paræmia, sarcasmos, astismos. *Εἰρωνία* est oratio pronuntiationis grauitate in contrarium reddens sensus uerborum, ut Egregiam uero laudem & spolia ampla refertis Tuq; puer q; tuus, magnum & memorabile numen, Vna dolo diuū si fœmina uicta duorū est. Hic enim sententiā si quis non grauiter pronuntiarit, non uituperantis erit, sed laudantis. Item, Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Hanc nisi grauitas pronuntiationis adiuuerit, confiteri uidebitur, quod negare contēdit. *Ἀντιφρασις* est dictio è cōtrario significans, ut bellum dicitur, quòd minime bonum: et lucus, quòd minime luceat: & Parcæ, q; minime parcant. Hæc ab ironia differt, quòd ironia & pronuntians mutatur affectum et significationem, antiphrasis uero diuersitatem rei nominat. *Ἀινυμα* est obscura sententia per occultam similitudinem rerum, uel dictio obscuritate allegoriæ non intelligibilis, aliud enim palam ostendit, aliud tegit per obscuram diuersitatem: ut, Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me, cum significat ex aqua glaciem cōcretere, & rursum in aquam resolui. Item, ut mare concretum in creta, ligneo in campo, ubi caro humana ossibus ludebat, cum significare uult, salē in salino fictili, quòd super mēsam esset, in quam manus talos iactabat. *Χαίρωνος* tropus est tropus, quo dura dictu gratius proferuntur, uel dictio per ea quæ grata sunt auribus, aliud significans, ut cum interrogamus, nunquis nos quæsierit, & re  
spon



spondetur, bona salus uel fortuna, quo intelligitur, nemis-  
 nem nos quæsiße. παροιμία est uulgaris prouerbij usur-  
 patio, rebus temporibusq; accommodata, cum aliud si-  
 gnificatur quàm quod dicitur: ut, aduersus stimulum ne  
 calcitres. & Cocta numerabimus exta. cum significet,  
 ex euentu sciemus. Σαπρία μὲν est plena odio atq; ho-  
 stilis irrisio, per figuram enūciata, ut, En agros & quã  
 bello Troiane petisti, Hesperiam metire iacens. Ἀσπι-  
 ρία est tropus multiplex, numerosaq; uirtutis. nanque  
 astissimos putatur, si quid simplicitate rustica caret, &  
 faceta satis urbanitate expolitur, & est species allego-  
 ria, cum urbanitate multiplex, ut est apud Vergiliam:

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui,

Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos.

Item, Philippus cum uellet Persas in suam potestatem re-  
 digere, & in hoc exercitum misisset, scripsit milites à  
 se misos, quòd comperisset ipsos seditione uexari, et bo-  
 norum esse in tali tempore subuenire. ὁμοιωσις est mi-

nus notæ rei, per similitudinem eius rei, quæ magis no-  
 ta est, demonstratio: & ignotæ rei, per similitudinem  
 eius quæ nota est, descriptio. Huius species sunt tres: Icon  
 siue εἰκων μὲν, parabola, paradigma. Ἐκτύπη est expres-  
 sa figura alicuius descriptio, uel personarum inter se, co-  
 rumq; quæ personis accidunt, comparatio, ut, Os hume-  
 rosq; deo similis. & Omnia Mercurio similis. Item, Ta-  
 lis Amyclei domitus Pollucis habenis Cyllarus. Hic eni-

equus equo comparatur. παρομοίωσις est rerum aut admi-  
 nistrationum genere dissimilium comparatio. Fit autem

Parabola.

## DIOMEDIS GRAM.

modis octo. Per habitus, ut, *Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros.* Per magnitudinem, ut, *Ceu duo nubigenæ quum uertice montis ab alto Descendunt Cætari.* Per colorem, ut, *Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro Si quis ebur.* Per uocem, ut, *Clamores simul horrēdos ad sydera tollit, Quales mugitus.* Per opus, ut, *Qualis apes æstate noua per florea rura Exercet sub sole labor.* Per energiam, ut, *In segetem ueluti cum flamma furentibus austris Incidit.* Per altitudinem, ut, *Quales æriæ liquentia flumina circum, Siue Padi ripis &c.* Per affectum, ut, *Sic funere primo Attonitæ tacere domus, cum corpora nondum Conclamata iacent.* Est & comparatio per similitudinē, & habet uim proferendi uerum: ut, *Non sic aggeribus ruptis cum spumeus annis Exijt.* & *Non tam præcipientes bijugo certamine campum Corripuere, &c.* In his præponuntur ea, quæ similitudine comparantur. *notæ* præterea, uox est enarratio exempli, uel rei præteritæ relationem, significans adhortationem dehortationem uel adhortationem, ut *Antenor potuit medijs elapsus Achius, &c.* Item, *Pallas ne exurere classem Arguūm, atque ipsos potuit submergere ponto Vnius ob noxam & furias Aiæcis Oilæi?* Dehortationem, ut, *At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor.* Item, *An non uiderunt moenia Troie, Neptuni fabricata manu, considerare in ignes?*

D E S T R U C T U R A  
perfectæ orationis & de pedibus.

**Q**uonia de cōpositione superius (quæ gratia ora-  
 tionem illuminatã exornat) iam cœpisse loqui  
 demur, subiungamus quoq; et quem admodum  
 fiat. Etenim hanc tametsi pro se orationi conuenire, et  
 ad oratorias uirtutes pertinere artiũ rhetoricarũ præ-  
 ceptores asserũt (ita ut autoritas Tulliana testatur) ta-  
 men quia et particulã attingit artis grãmaticæ, hanc ei  
 applicare pro simplicitate ingenij, non absurdum puta-  
 ui. nã structura obseruatio bipartita, tã ad uirtutes ora-  
 torias, q̃ ad partes grammaticales pertinet. Et alterũ  
 quod ab genere rhetoricotrahit, trina ratione colligit.  
 Et est primum incisum, hoc Græci *κόμμη* nominant: ex  
 commatibus (hoc est, incisus) membrum fit, quod illi *κόμμη*  
 appellant: ex commatibus et colis *κόμμη* constat,  
 quam nostri comprehensionem dicunt. Alterum ad offi-  
 cium artis grãmaticæ refertur, hoc est, ad pedes. Siq̃  
 dem assumpta pedum imagine, omnis orationis clausu-  
 la struitur, quod genus hoc possis grãmaticum, illud rhe-  
 toricum magis dicere. Sed quia cōpositionis pars, quam  
 ad artem grãmaticã pertinere diximus, pedibus con-  
 stat, statuendũ est, quo queng; eorũ nomine appellem?  
 uarijs enim uocabulis traduntur. Sunt enim quatuor è be-  
 nis syllabis, oculo è ternis. Spondeus lōgis duabus. Pyrrhē-  
 chius, quẽ alij periambũ uocãt, duabus breuibus. Iambus  
 breui et longa. Huic cōtrarius est ex lōga & breui tro-  
 cheus. In his uero q̃ ternas syllabas habêt, Dactylus lon-  
 ga duabusq; breuib?<sup>9</sup>. Huic tēporibus par est, sed retro a-  
 ctus, anapestus. Mediã inter lōgas breuiem facit Amphi-

DIOMEDIS GRAM.

macrus, sed frequētius eius nomen est Creticus. Longā inter breues, Amphibrachys. At cum duas longas præcedit breuis, Bacchius. Huic aduersus lōgis breuem præcedentibus. Palimbacchius erit. Tres breues, eum quem Tribrahyn uolunt dici, cui et chorceo nomen imponūt. Tres longæ Moloßon efficient. Cōponitur igitur & struitur omnis pedestris oratio uerbis, commatibus, colis, periodis. Comma, incisum: colon, membrum nominamus. Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem. In uerbis obseruandum est, ne à maioribus ad minora descēdat, honorēq; perdat oratio. Melius enim dicitur, Vir est optimus, quā, Vir optimus est. Hoc multo magis ibi custodiendum est, ubi singula uerba sensus habent. Cauēdumq; ne fortiori iungatur infirmius, ut scilicet crilego fur, homicidæ corruptor. Nanque sensus à paruo in maius debet insurgere. Fit & illa naturalis obseruatio, ne iunctura uerborū Cacophaton sonet, quale est: Et numerū cū nauibus æquat. Illa quoq; cōpositio fugienda, ubi syllabæ duæ plures uel, quæ priorē sensum terminant, in prima posterioris sensus parte ponuntur: ut, O fortunatam natam me consule Romam. Sed in compositione iuncturaq; uerborum, maius studium maiorq; cura est. Fit autem ex coniugatione uerborum comma, ex commatibus colon, ex colis periodos. καὶ μὲν  
 est (ut mea fert opinio) sensus non expleto numero conclusus, plerunque pars membri. Tale est enim, quo Cicero uitur: Domus tibi decrat, at habebas: pecunia superabat.

Cōma qd.



bat, at egebas. Fit autem & ex singulis uerbis incisum:  
 ut, Diximus, testes dare uoluimus. Incisum est, diximus.  
 Membrum autem est sensus numeris conclusus, sed à to-  
 to corpore abruptus, & per se nihil efficiens: ut, O cal-  
 lidos homines. Perfectum est, sed remotum à cæteris, uim  
 non habet, ut per se manus, pes & caput & os excogita-  
 tum. Quando igitur incipit corpus esse? cum uenit ex-  
 tremam conclusio, ut: Quem queso nostrum sefellit id ita  
 uos esse facturos? quam Cicero breuissimam putat. Ita=  
 que serè incisa & membra mixta sunt, & cõclusionem  
 uique desiderant. Alij sic: Comma est iunctura & finitio.  
 Et si uerborum iudices. Item alterum comma, ne turpe sit  
 pro fortissimo uero dicere incipientem timere etc. iam  
 factum est colon, id est, membrum, quod intellectui sensu-  
 sum præbet. Deinde sic ex plurimis incisis membris' qz  
 fit periodus in extrema clausula, Veterem consuetudi-  
 nem fori & pristinum iudiciorum morem minime ui-  
 dent. Periodus autem non longior esse debet, quàm ut uno  
 spiritu proferatur. Modum eius Cicero quatuor senari-  
 is pedibus terminauit. Nonnulli uero duo genera eius es-  
 se dicunt: Vnum simplex, cum sensus unus longiore am-  
 bitu circunducitur. Alterum, quod constat ex membris  
 & incisis, quod plures sensus habet. Aderat ianitor car-  
 ceris, carnis sex prætoris & reliqua. Sed tamen ita sit ap-  
 ta, ut intelligi possit, non immodica, & memoria conti-  
 neri. Iunctura autem apte cõuenire, & sine hiatus uerba-  
 rum cõstrui debet: quod non aliter efficitur, quàm si fue-  
 rit obseruatum. Sed hæc obseruatio duplex est. Altera,

DIOMEDIS GRAM.

que ad pedes refertur. Altera, que ad comprehēſiones,  
 que ipſe efficiuntur ex pedibus. Item, ne precedentis  
 uerbi extrema uocalis, uocalem primam includat uerbi  
 ſequētis, ut ſi dicas, Aere meruit, illi incumbit, Fere oit,  
 & ſimilia. Hęc enī iunctura inſtructior eſet, pleniorq;  
 fieret, ſi conſonantes uocalibus applicarentur, ere me-  
 reatur, illi totus incumbit, Fere cetera. Magis autē ſtru-  
 ctura patet, cum in ſe longę uocales incidunt, ut, Thebe  
 Aegyptiæ, profugo Aeneæ, ſed habent quendam cano-  
 rem pronunciationis, quaſi negligentem decorū. Lon-  
 gę magis cum breui iungit, ere emit, illi incumbit, quan-  
 quam duę breues iunguntur, ere exutus, Arma abicit.  
 Plurimum enim autoritatis et ponderis habet longę, ce-  
 leritatis breues: quę ſi miſcentur quibuſdam longis, cur-  
 runt: ſi continuantur, exultant: alacresq; ex breuibus ad  
 longas inſurgunt, lenioresq; à longis in breues deſcen-  
 dunt. Optime incipit à longis, recte aliquando à breui-  
 bus, ut, Nouum crimē C. Ceſar. Lenius à duabus, ut, Ani-  
 maduerſi iudices. Clauſula quoq; è longis firmiſſima eſt,  
 ſed uenit et in breues, quamuis habeatur indifferens ulti-  
 ma. Neq; enim ignoro in fine pro longa accipi breuem,  
 quia uidetur aliquid uacantis temporis ex eo quod inſe-  
 quitur, accedere. Fugienda quoque eſt & conſonans illi-  
 ſa uocali. Bonum aurum, iuſtum enim eſt, et ſimilia, quę  
 deformant orationis integritatem. Item ex conſonanti-  
 bus, quę in ſe incidentes, ſtridere & quaſi rixari uiden-  
 tur, fugienda iunctura eſt: ut, Sextus Roſcius, Ars ſtu-  
 diorum, Rex Xerxes, error Romuli. Hęc de uerbis,  
 quo

quorum exemplo iudiciū etiam de cæteris uitijs, quæ ea uenda sunt, poterit fieri, sic tamen, ut hæc diligentia nõ anxie sit persequenda, ne nos in uerbis magis quàm in rebus teneat occupatos. poti<sup>9</sup> q̄; est ut se ultro offerat, q̄; sollicite inferatur. Cæterum in commatibus & in colis & in periodis, instruendus imponendusq; prius sensus, tūc deinde ordo tribuendus, ut nõ tantum decore, sed etiam uirib<sup>9</sup> impleatur oratio, ut Cicero in Antonium: Vomēs frustis esculentis, uinum redolentibus, gremium suum et totum tribunali impleuit. Item in Verrem: Cuius ut adulescentie maculas ignominiasq; prætereã, questura prius gradus honoris quidn. un. habet aliud in se, nisi Cn. Carbonē spoliatum à questore suo pecunia publica, nudatum inquam à questore et proditum cõsulem, desertum exercitum, relictam prouinciam, sortis necessitatē religionemq; uiolatam? Huius periodi cõpositione decoratur, adeo ut si quis soluere & commutare uoluerit, pereat omnium rerum atque uerborum et dignitas atq; potestas.

### QVIBVS CONSTET STRUCTURA.

Omnis autem structura cõstat rhythmis et pedibus et metris. Rhythmi certa dimensione temporum terminantur, et pro nostro arbitrio nunc breuius arctari, nunc longius prouehi possunt. Pedes certis syllabarum temporibus insistant, nec à legitimo spatio unquam recedunt. Metra sunt uerborum spatia, certis pedum temporibus alligata. Sed neq; rhythmis neq; metris oratorum uti decet, ne non dicere, sed carmen canere uideatur.

DIOMEDIS GRAM.

tur. Ideo sunt qui Ciceronem reprehendunt, qui principio dictionis metrum Sotadicum fecerit, Si quis uerstrum iudices, aut eorum qui adsunt. Et si uere or iudices. Animaduerte principia esse sotadica, et in L. Pisonem à trimetro cœpisse, Proh dii immortales, quis hic illuxit dies? Item in actionibus libro primo, senariū esse uersum, Illa uero expugnatio fani antiquissimi. Salustium quoque principium Iugurthæ rhythmico cœpisse. Verū hoc totum genus reprehensionis eiusmodi est, ne si calumniatores istos audiamus, sit concitescendum: quia nulla nō pars orationis in aliquam rhythmici aut metri speciem potest figurari. Item in collocatione uerborum aptiora, & tam ordini quàm uiribus congruentia collocare, sic tamen, ut potiora sint utilia dure locata, compositis inutilibus, quia in omni parte orationis ea uerba neccenda sunt, quæ structuris quadrent. Tunc præcipue in clausulis dignitas ita seruanda est, in quibus tam dicētis quàm audientis sensus atque intentio terminatur, dummodo principia lenius, narratio simplicius, argumenta ornatius, epilogi effusius proferantur. Sed quia non omnibus sed quibusdā pedibus sibi congruentibus decenter struitur oratio, sciendū est, maxime ijs pedib⁹ ordinari clausulas, quorum tempora lōgiora sunt. Sed meminerimus ita nos de lōgis & breuib⁹ temporibus locuturos, ut naturatantum, non etiam positione longas aut breues syllabas iudicemus. Neq; enim de metro queritur, ut necessitas naturam cogat mutari: sed de prosa oratione tractatur, quæ tam soluta & libera est, tamq; omnibus dicēdi



di opibus instructa, ut non seruire uerbis, sed imperare uideatur. Hoc adeo uerum est, ut in structura similiter currat, iusta reprehensio, quamuis reprehensio primam syllabam positione longam habeat, propter duas consonantes que sequuntur, uideatur autem primas duas syllabas breues habere. Itē omnia locuturus, & omnia prophanauit, simili structura feruntur, quia natura paria sunt, quamuis sint positione diuersa. Igitur spōdeus ē duabus syllabis longis, aptus est clausulæ uel clausulis, quibus scilicet maxime Demosthenes utitur, πᾶσι καὶ πάσῃσι καὶ πᾶσι τῶν μὲν, etc. Habet enim graues sonos, finēq; sensus & clausulæ firmam sedem constituit: ut, Reipublicæ causa arma sumpsi, & etiā pro nobis. Grauior est autem longa syllaba præcedente, quā breui. Aliter enī sonat, Arma sumpsi: aliter, Etiam pro nobis. Sanē inter est quis ante eum pes sedeat. Nam trocheus præcurrit, arma sumpsi: anapestus, etiā pro nobis. Amat & dactylum præcedentem: ut, criminis causa. Ipse sibi spondeus male antepositur. Trocheus quoq; in clausula bene ponitur, maxime si se ipse præcedat: ut, Acta res est. et, iusta causa. Et Pyrrhichius, cape uota. et Creticus, Proditis rebus. et Amphibrachys, Venire mecum. Nisi quod hæc clausula in rhythmum cadit, & Anapestus impetum facit. Sane quoties una pars orationis Anapestum & Trocheum receperit, mollem & quasi lubricā structuram dabit: ut, dominabatur. Similiter autē si dactylum & Trocheum, ut, Archipirata, & Parricidarum. Quamuis enim ijdem pedes, eademq; tēpora, tamē ubi

DIOMEDIS GRAM.

duæ sunt partes orationis, nescio quomodo in utriusque  
 confinio retentus spiritus ac restitutus, affert quãdam  
 compositionis firmitatem, ut in una parte orationis pro-  
 perare uerba, et cõtinua spiritus celeritate labi uidean-  
 tur. Sic fit ut trocheũ quoq; tamet si tribrachys antec-  
 dit, ut refero causã, facite uota, tamẽ in una parte ora-  
 tionis, quæ totidem pedũ, totidemq; sit temporum, mol-  
 lior ac fluxior structura dicatur: ut, facilitatis, agilita-  
 tis, temeritatis. Iambus quoq; clausulis aptus, spõdeo an-  
 tecedente, Iusta fide. Et seipso præcurrente, Bonã fidẽ.

Nunc trisyllabos pedes in trisyllabis partibus orati-  
 onis cõsideremus. Singulis enĩ partibus orationis, singu-  
 los pedes dabim⁹. Dactylus est clausula fortis, antecede-  
 te Pyrrhichio, Bene dicitur: spondeo, Causas audiat, Ci-  
 ues dicimus, Iuste fecimus: et trocheo, Vota fecerat: Et  
 Iambo, Fide dicitur. Et tribrachys quoq; dactylum bene  
 præcedit, Recole noiã: et anapest⁹, Repetes cætera. un-  
 de est, Gladium nobis ab ipsis porrigi legibus. et palim-  
 bacchius, Sepone cætera. et molossus, Querabant dice-  
 re. Facit et tribrachys ad clausulã, præcedẽte Cretico.  
 item epitrìto tertio, ut si dicas, De cæteris agite, de præ-  
 liis redco, de literis dubito. cæteris pedib⁹ antepositis, in  
 rhytmũ labitur. Amphibrachys quoque recte ponit in  
 clausula spõdeo fere antecede-te, ludos habete, recte lo-  
 cutus. et trocheo, Iusta querela. hinc ẽ illud Tullianũ, Et  
 pristinũ morẽ iudiciorũ regunt. et, Neminẽ præponẽ-  
 dum mihi eẽ actorẽ putauit. et, In exiliũ eieciẽbã, quẽ in-  
 gressũ iã in bellũ uidebã. Itẽ palimbacchi⁹, trocheo præ-

ee. dēte: ut, Cōtra Caesarē est congressus armatus. Etiam  
 anapaest<sup>o</sup> clausulis cōuenit, sed mollis et fluēs, atq; ī rhy-  
 thmi modū profluēs, trochæo anteposito, Ibi erat impe-  
 rij nomē rigidi. Creticus enī paulo fortiorē facit, ut, No-  
 biles hoīes. Bacchius clausulis aptior, spōdeo anteceden-  
 te, Causas agebas. Ceteris pedibus non ferē conuenit. Pa-  
 lim bacchius stabiles clausulas reddit, ut Cicero in Catili-  
 nam: Si istius furorē ac tela uitemus, et, nullū id rursus  
 impunitū. Cretico, ut, Vici se q̄ plurimos reperimus. Et  
 molosso, Rure nutritos esse senatores. Iam de pedi-  
 bus, qui præponendi sunt, parcius loquemur. Et Amphib-  
 rachys priuus, Eadem refixi, Causam probaui, et pro  
 Milone, Clamoresq; maximos pro nostra salute negle-  
 xi. Hæc de trisyllabis. Ceterum quatuor syllabarum nō  
 multi ad clausulas apti sunt, ex quibus pauca referemus:  
 Videatur, Habeatur, et similia quæ pedem habent Pæo-  
 na tertium, ex duabus breuibus et longa et breui, tempo-  
 rum quinq; tamen quædam breuis syllaba ferē collocan-  
 da est, ut esse uideatur, facere uideatur, fortis habeatur.  
 Sic Tullius pro Cluentio: Quātum difficultatis, et quan-  
 tum sit habitura laboris. Et in Catilinam: Cum omnibus  
 potius quā soli pati uoluerunt. Struimus et ditrochæo:  
 Dicere maluerunt, Ausus est confiteri, Crimina detule-  
 runt. Et pæone tertio, Exercitum comparârunt, Nun-  
 cio pertulerunt. Inde est pro Ligario, Aut leuium Gra-  
 corum, aut immanium barbarorum. Et pro Milone: Pro sa-  
 lute bonorum, contra amentiam perditorum. Ille quoq;  
 pes, quem Antispastum uocant, ex breui et longis dua-  
 bus.

DIOMEDIS GRAM.

bus et breui, bene in clausula ponitur: ut, Vir optimus uideretur, ut sua manu sororem interfectam esse fateretur. Simile est: Hortensius perorauit. Et ille pes qui uocatur Ionicus maior, struit clausulam, constatque syllabis longis duabus, breuibusque duabus. Curam sollicitudinemque deponite. Vnde est illud: Quorum igitur impunitas Caesar tuæ clementiæ laus est, eorum te ad crudelitatem acuit oratio? Sed et illa uerba, quæ quinque syllabis constât, fluxiorem structuram faciunt. Comprehendentes, Arbitror non inueniretis. Et magis, si sex syllabas habeât, excogitaretis, arbitraremini, interrogauerunt, de siderauerunt, et similia. Hæc à nobis idcirco tractata sunt, ut oratoris plenam fluentemque libero impetu facultatem his semper uinculis alligaremus. Nam compositio uerborum non ex anxio labore uenit, sed usu atque exercitatione perpetua, quæ magis fluat, de ea auribus iudicatur, quæ uelut arbitræ compositionis esse debent, ut quid strictum, quid effusum, quid gracile, quid uber, tum quid durum, quid effœminatam sit, existiment. Plerumque citam nimie artis opinio fugienda est, et interponenda simplicitas rudis atque imperitiæ dictionis, non propter hoc solum, quòd in omnibus rebus nimium lenocinium odio dignum est, sed quòd plerumque acribus sensus maior est uis, si natur aliter proferatur. Nisi forte Marcus Tullius in structura defecerit, cùm de Appia uia et Clodij cæde loqueretur: Quæ cruentata ante a cæde honesti atque innocentis uiri fulebatur, eadem nunc crebro usurpatur, posteaquam latronis et parricidæ sanguine imbuta est.



Ibidem, Dederas enim (inquit) quàm contemneres populares insidias, ab adulescentia documēta maxima. Nempe enim parricide sanguine cruentata, melius struebatur. et, maxima documēta, meli⁹ sonat. Sed orator acerimus uim ac uirtutem loquendi secutus, contempsit ornatum, deditq; auribus à continuo cultu quasi respirandi spatium. Et pro Ligario, Ad ea arma profectus sum, quæ erant suscepta contrate. Item, Quid autem cōtra aliud egimus, nisi ut hoc quod hic potest, nos possemus? Hæc omnia non phaleris, sed uiribus structa sunt: nec ulla re Cicero gloriosior est, q̄ q, ad summam artis istius laudem, mira artis dissimulatione peruenit.

### DE QUALITATIBUS STRUCTURÆ.

Structuræ qualitates uarijs uocabulis tradunt. Statuendum quoq; est, quo quaque earum nomine appellemus. Si penultimus fuerit pyrrhichius, optime succedit Pæon prim⁹, et erit structura quadrata. Si penultima fuerit spōdeus, et successerit aut tribrachys uel pyrrhichi⁹, et pæones successerint primus et nouissimus, erit antiqua structura, quæ dicitur confragosa, qua usus est Cato. Si in penultimo tribrachys fuerit uel dactylus uel pyrrhichius, et successerit uel tribrachys uel molossus uel anapestus, erit structura quæ uel delubris uel mollis uel fluxa dicitur, qua usus est M. Antonius maior.

# DIOMEDIS

## LIBER TERTIVS.



**I**N LIBRO quidem secundo, quantum ad officium obseruationis grammaticæ structuræ, et ad prose orationis probabilem comparationē spectat, prudentiæ tuæ sensibus interim explanasse sufficiat. In hoc uero tertio libro, qui summam totius operis implebit, metra, quæ sunt tortuosis obscuritatibus implicata, ac multarū questionum numerosa perplexitate diuersa, quibus pedū qualitatibus compositionis uel metricæ obseruationibus regnant, certis rationibus docebo. Quæ quidē omnia si quis profundis sensibus intimarit, et sincera mētis intentione perspexerit, et cōpari studio diligētiaq; seruauerit, non tantū in agenda uersificatione pollebit, uerū etiam de aliorū carminibus, quoties libitum fuerit, iustus rationibus et irreprehensibili tractatus sententia iudicabit. Nūc tertio quoq; libro, quæ summā totius operis implebit, quæ poëtica, et quibus officijs digeratur, tractabimus.

### DE POËTICA, RHYTHMIS ET METRIS.

**P**oëtica est ficta uel uera uel narrationis congruenti rhythmico uel pede cōposita metrica structura, ad utilitatem uoluptatēq; accommodata. Distat autē poëtice à poëmate et poësi, eo quod poëtice ars ipsa intelligitur: poëma autem pars operis, ut tragœdia: poësis cōtextus et corpus totius operis effecti, ut Ilias, Odyssea,

sca, Aeneis. Rhythmus est pedū temporūq; iūctura cū  
 lenitate sine modo. Alij sic: Rhythmus ē & sus imago mo-  
 dulata, seruās numerū syllabarū, positionē sepe sublati-  
 onēq; cōtinens. Metrum est pedum iūctura, numero mo-  
 doq; finita. Vel sic, Metrum est cōpositio pedū, ordine  
 statuto decurrēs, modos, positiones, sublacionesq; cōser-  
 uans. Clarius sic: Metrum est quod certis pedū quantitati-  
 bus qualitatibusq; à rhythmis discriminat. Distat enim  
 metrum à rhythmo, q; metrum certa qualitate ac numero  
 syllabarum tēporumq; finitur, certisq; pedibus cōsistit  
 ac claudit: rhythmus autē tēporum ac syllabarū pedūq;  
 congruētia in infinitum multiplicatur ac profluit. Me-  
 trum tripliciter diuiditur, nam aut *ἰσόμετρον* metrum est,  
 aut *ποικίλον*, aut commune. Boticum metrum est, quod  
 in uersibus est conuersationis humane. Poeticum metrum  
 est, quod à poetis per uerba ac uersus figuratur, quod et  
 ipsum intelligitur modis quatuor. Primo per temporis  
 spatium, ut in syllaba breui aut longa, quoniam metrum  
 id est, quod mensura temporis certa corripitur aut pro-  
 ducitur. Secundo per numerum syllabarum. Positione  
 quoq; metrum finitur, cum pes uel dissyllabus, uel trisyl-  
 labus, uel duplex inuenitur. Tertio per qualitatem pedū,  
 quia certis pedibus uersibusq; conficitur. Vnde Daed̄ y-  
 lica, Spondaica, Ionica, metra dicuntur. Quarto per nu-  
 merum pedum, quia uersus pro mensura quisq; sua, pen-  
 tametri uel hexametri uel demetri ipsi intelliguntur. Comu-  
 ne uero metrum est ueluti musicæ & ratiōis siue discipline,  
 cuius species bipartita, tā ad mēsurā supra memoratē

## DIOMEDIS GRAM.

conuersationis humanæ, q̄ ad poëticam tendit, ex quibus altera duplici collatione colligitur. Ex hac enim tēpora & interualla trahit. His namq; in usus humanos utimur, altera ad officiū memorati generis poëmatis referi. Itidem & ex hac ducit tenores et numeros sonos' ue, quos Græci *ῥυθμὸς* & *ῥυθμῶν* uocant, sicut in canticis demonstratur, hoc est, melodijs, in quibus quedam Doria, nonnulla Phrygia, alia Lydia *Μελῶν* reperiuntur. Intelligit autem alio modo metrū cōmune, non ex duobus modis.

### DE PEDE ET EIUS

diuisione.

**P**es est sublatio ac positio duarum aut trium amplius' ue syllabarum, spatio comprehensa. Pes est poëticae dictionis duarū amplius' ue syllabarū cū certa temporū obseruatione modus, recipiēs *ἄρσις* & *θέσις*, id est, qui incipit elatione & finitur positione. Pes ergo tunc dicitur, quando duæ sunt syllabæ, quoniam arsis et thesin pedibus querimus, non ubi duo tempora sunt. Ergo una longa, pedem nō ualebit efficere, quia iētibus duobus arsis & thesis, non gemello tempore perquirenda est. Accidunt autem unicuiq; pedi arsis et thesis, numerus syllabarum, tempus, resolutio, figura, metrum. & sunt pedes poëticae simplices duodecim, ex quibus quatuor binis syllabis constant, ternis octo. Duplices, qui et compositi uel combinati, sedecim. Heteroplici pētasyllabi triginta duo. Binarū ergo syllabarum primus pedibrachys, id est, bibrēus, pyr rhichius uel peribabus uel hegemon Græce dicitur. Constat ex duabus breuibus, tempo



porum diuim, ut, Deus. Ante enim breuis quam longa syllaba reperta est, ut prius unum quàm duo. Pyrrhichius autem dictus est, propter pyrrhicham, quia breuem syllabam proferentes, spiritum arctiorem labris concurrentibus explicamus, quàm compositio huiusmodi modulationi pyrrhichæ conuenit: uel à Pyrrho Achillis filio, qui crebris et citis modulationibus, breuiter promouens clypeum, genibus incumbens, et per hunc terrorem hostibus immitens ferebatur, sicut uersus ille ostendit, *κρῆν' ἀσπίδος προπόδιον*. Cum ergo gradus uellet breuiter accedere ostentare, mobilem decursionem pyrrhichio pede commentus est: et ideo metrum pyrrhichium à Pyrrho repperitum et illustratum cognominatur. Sed ipse à pedum mobilitate, tripudians quoque, *ἑκινώσις* est cognominatus. Fidem huius enarrationis facit Aristophanes comicus, nomen eius isthoc dictans caractere, *ἀκκίον*. Apud Italos uero graduius, à Gradiuo *ἄρπυξ*, *ἰρρυοῖς* (id est, Martis et Bellonæ) filio, quem eo primum pede usum poetæ fingunt, quæ cacumina montium et difficilia collium, concitato cursu capræ more superaret, quoties prædatoris uice grassaretur, citi pedem hunc cursum sibi repperisse testificantur, quo nomine breuem pedem nuncupant. Sunt qui pyrrhichium Græca interpretatione cognominauerunt *πῶρον* τὸν πῦρον, hoc est, à flamma, quod calore uelocitatis, tripudio mobilitatis apices flammæ uel emularetur. Huic contrarius est spondeus, qui constat ex duabus longis temporum quatuor, ut heros, dictus *πῶρον* τὸν ἄστυον, quia in templis quedam carmina compone-

DIOMEDIS GRAM.

bant, scilicet, ut libantes sonum uocis abominose audire non possent. Arcadie princeps uenerat, fors accipitur pro agricolis. Hoc successit, & hoc diuum ritu cumulus paribus, à musicis thure incensis altaribus, musicos choros geminis gressibus explicare, & equipedum sonotibicen spondalium canere iuebant, ut duabus longis melodijs, quasi duplicibus & iugibus uocibus prospera deorum uoluntas firmaretur. Numam Pompiliū diuinitate praeditum, hunc pedem pontificiū appellasse memorant, et cum Salios iuniores, equis gressibus circulantes induceret, spondeo melo patrios placasse indigetes. Ergo & dibrachus & spondeus tantum habent in arsi, quantum in thesi. Iambus qui constat ex breui & longa, ut dies, uersuiq; maledico habilis, παρὰ τὸ ἰαμβικόν, τὸ ἕρπειον nominatur. Huius autem origo uerbi ex nomine Iambes filiae Celei nominatur, quae Cererem filiam quaerendo, ad Meganiram cōiugem Celei delatam, cum uidisset sollicitam, male tractauit. Quidam autem ferūt Iambum quasi triambum à Triumphatore Libero cognominatum. Sed alij à Marte ortum Iambum strenuo duce tradunt, qui cum crebriter pugnas iniret, et telum cum clamore torqueret, παρὰ τὸ ἰὸν βόλλειν Iambus appellatur. Idcirco ex breui & longa pedem hunc esse cōpositum, quod ἰγ, qui iaculatur, ex breui accessu in extensum passum proferuntur, ut fortiore nixu, teli ictum cōfirmant. Autor huius librationis Agretius Graecus his uersibus perhibetur. Διόμειδος ἰσχυρὸν Διὰ τὰς προφῆρας. Igitur hūc pedē uel iambicū gressum prisca Apuli Daunij à duce sua

suo Daunio prodiderunt, q̄ is cum primus aduersus a-  
crem Diomedis pugnam, bellum asperum inisset, grada-  
li pugna duos dimicare instituit, ut collato pede, assequē  
te paulatim dextero distentoq̄, & progrediente leuo,  
et breui successu, et longo distentu, gradus simul et uisus  
firmaretur, unde non immerito, melon hunc iambicum  
gradalem quidam nominant, gradiuoq̄; Marti augu-  
rant, quod gradariae pugnae huius effectum moueantur.

Huic contrarius est trocheus, quem *χρησ* appellant.  
Constat ex longa et breui, temporum trium, ut, Roma,  
dictus ἀνδρῶν τριχῶν, hoc est, rotatione. Quippe eius  
modulationē, poëmatum siue metrorū compositioni ac-  
commodatam rotatim et uolubiler dicebant. Troche-  
um à Mercurio reperiunt satis constat, q̄ is precipitem  
festinationem ex impetu longo in breuem gressum se-  
niri ostenderet. Vnde pleriq̄; Graecorū ex longa et bre-  
ui cum pedem composuerunt, uel *παρατρίχων*, hoc est,  
à currendo trocheum frequentauerunt, ac musici uiri  
oculo melo intenti, ex rotae situ, et uolubili motu rhy-  
thmū eius et tonum designāt, quia decursoribus aptum  
iudicant, q̄ hi, qui in bello laborant, quoties amissos ordi-  
nes reparant, ex longo et disperso ambitu, in breuem et  
arctum orbem coguntur, rotae scilicet, similitudine e-  
uentilantis, cuius satis latus ac breuiatus canthus, radia-  
tus luminibus, in angustum modioli circulū cohibetur.  
Aiunt hunc trocheum Auruncos rotulum nūcupauisse,  
nimirum simili ratione qua Graeci à Trocho nominādi  
diuersa appellatione persuasi, quod cum aciem consti-  
p 2 fuerent

DIOMEDIS GRAM.

tuerent, prolatis pedibus ue stigia sifterent, ac scuta bra-  
 chijs protenderent, breuiterq; dextris succedentibus pe-  
 dibus ue stigia sifterent, reductis manibus ingenti clamo-  
 re quæ uibrauerant, tela iaciebant: quæ res huic melo in-  
 genitum nomen acquisiuit. Ternarum syllabarum  
 sunt hi: Dactylus, quæ Græci πολιτιόν appellat. Constat  
 ex prima lōga et duabus breuibus, temporum quatuor:  
 ut, Romulus. à tractu digitorum dictus, quem ad expri-  
 mendam organi modulationem faberrime affectabant:  
 uel ab Idæis Dactylis, quos Curetas siue Corybant as po-  
 etæ appellabant. Hi nanq; in insula Creta Iouem custo-  
 diendo, ne uagitu se paruulus proderet, lusus excogita-  
 to genere, clypeolis æneis inter se concurrentes, tinnitu  
 aris illisi, rhythmica etiam pedis dactyli compositione  
 celauere uocem infantis. Sed natiuitatis eorū causā ue-  
 tusta fabulofitas docet hanc fuisse: Aiūt Opem in Idam  
 montē insulæ Cretæ fugiēdo delatam, manus suas impo-  
 sisse memorato monti, et sic infantem ipsum edidisse,  
 et ex manuum impressiōe emerfisse Curetas siue Cory-  
 bantas, quos à montis nomine et à qualitate facti, Idæ-  
 os dactylos appellârunt. Hos quidam tres putant, qui la-  
 res esse creduntur, Dannamencus, Acmon, Celmus, di-  
 cti à πὸ τῶ κορῶν, id est, à formosis oculis, qui κόρα uocantur,  
 id est, pupillæ, uel à cono galeæ. Huic contrari-  
 us est anapestus, quæ ἀντιδάκτυλον Græci nominant. Cō-  
 stat ex duabus breuibus et longa, et temporum totidem,  
 ut, Nebulæ. dictus παρὰ τὸ ἀναπέσιον, id est, πῶς τὸ ἀναπέσι-  
 ον ἀντιπρόσιον πρὸς τὸν δάκτυλον, quia recurrendo reper-



entiens dactylum, sono reciproco obloquitur, et per antistrophen. Tribrachys, tribreuis tanquam tasius, quædam brachysyllabum, alij trinocheon, nonnulli pygmeon, plerique choreum nominant. Constat ex tribus breuibus, ex quibus nomen accepit, ut, Helena. Choreus autem ideo dictus, quia choreis huius compositio conuenit.

Huic contrarius est molossus, Vertūnus, extensipes, quem alij hippeum uel canium dicunt. Constat ex tribus longis, temporum sex, ut, Aeneas. Ideo molossus dictus, quia Molossi (id est, Thesali) ad bellum procedentes, huius modulata compositio utebantur. Hippus uero equestri scilicet pugnae conueniens, modulabatur. Amphibrachys, Ianus, utrinque breuis, qui et scolius. Constat ex breui et longa et breui, quatuor temporum: ut, Carina. dictus autem à duabus breuibus, à quibus ex utraque parte media longa continetur. Scoliusque ideo, quia habilitate componitur scolio. est autem id citharæ species.

Huic mensura contrarius est amphimacrus, fesceninus, amphimarus, quem alij creticum appellant. Constat ex longa et breui et longa, temporum quinque: ut, Demophon. dictus à duabus longis, à quibus utrinque breuis media amplectitur. Creticus quoque, quia Cretes saltando, eius rhythmica compositio utebantur. Bacchius, Oenotrius, tripodius, saltans, quem Græci perianthi dicunt, constat ex breui et duabus longis, temporum quinque: ut, Agenor, Athenæ. dictus à Baccho, quæ à bacchantibus conuenienter componebatur. Huic contrarius est palimbacchius, Latius, qui et Saturnius, ultima bre

## DIOMEDIS GRAM.

ui, quem quidam proponticon, alij Theſſaleon uocant, conſtat ex duabus longis & breui, temporū totidem, ut natura, dictus palimbacchius, qui a contrarius eſt bacchio. Apud Græcos enim πάλιν contrarium ſignificat, ideo πάλιν ἄνα τόξα ττολίων cornibus inter ſe contrarijs.

### DE DVPLICIBVS PEDIBVS.

Ex his omnibus inter ſe mixtis, alij deinceps pedes complures, οὐλύκας ue naſcūtur. Nam quemadmodū pedes diſyllabi quatuor geminati, ſedecim duplices faciunt, quos Græci ſυζυγίας uocant, ita ijdem cum triſyllabis iuncti, triginta duos de ſe reddunt. Triſyllabi uero cum triſyllabis geminatis, ſexagintatres colligūtur. Atque excepto amphibracho & epitrito (quorum alterum tripla, alterum epitrita diuiſione partimur) uerſorum pedum trina conditio reperitur, in alijs enim dupla, in alijs ſeſcupla, in alijs æqua diuiſio eſt. Prima dactylica. Secunda iambica. Tertia peonica nominatur. Eſt itaque æqua pedis diuiſio, quoties ſublatio pedis temporibus poſitioni par eſt, ut eſt in dactylo & anapeſto. Item ſpondeo & pyrrhichio. Horum enim arſis tantum in ſe habet quantum & theſis. Dupla uero eſt, quoties pedis ſublatio, temporibus impar eſt poſitioni, ut eſt in iambo & trocheo, & duobus ionicis. Iambi enim arſis unum tempus tantum in ſe habet, & eius theſis duo, at trochei uerſa uice arſis duo habet, & theſis unum. Seſcupla quoque intelligitur, ut eſt in peonicibus, et in duobus bacchio & cretico. Hi enim pedes, qui temporibus quinque pares ſunt, per binā tempora diuiduntur.

tur. Itidem bina adiecta, scilicet duum dimidia parte, terni de se reddunt, per que seseupla colligitur. Pedes duplices siue combinati uel quadrati, sunt sedecim hi:  $\pi\rho\kappa\lambda\lambda\upsilon\sigma$  uerius ex duobus pyrrhichijs, quatuor breuium syllabarum, totidem temporu, ut Valeria. Huic contrarius est dispondeus, ex duobus spondeis, syllabarum quatuor longarum, temporum octo, ut Meccenates, suphenates, oratores. Peon primus, ex trocheo et pyrrhichio, hoc est, ex longa & tribus breuibus: ut, Demodocus, Stesichorus. Huic contrarius est hippius primus. Peon secundus, ex iambo & pyrrhichio, hoc est, ex breui et longa & duabus breuibus, temporum quinque: ut, Colonia. Huic contrarius est hippius secundus.

Peon tertius, ex pyrrhichio et trocheo, hoc est, ex duabus breuibus & longa & breui, temporum quinque: ut, Catantus. Huic contrarius est hippius tertius. Peon quartus ex pyrrhichio & iambo, hoc est, ex tribus breuibus et longa, temporum quinque: ut, celeritas, facilitas. Huic contrarius est hippius quartus. Et est hippius siue epiritus primus, ex iambo et spondeo, hoc est, ex breui et tribus longis, temporum septem: ut, Capenates. Sed hippius siue epiritus secundus, ex trocheo et spondeo, hoc est, ex longa & breui & duabus longis, temporum septem: ut, Conditores. Hippius siue epiritus tertius, ex spondeo et iambo, hoc est, ex duabus longis et breui et longa, temporu septem: ut, discordia, heroici. Hippius siue epiritus quartus, ex spondeo et trocheo, hoc est, ex tribus longis & breui, temporum septem: ut, inuitamus.

DIOMEDIS GRAM.

Ionicus  $\alpha\pi\delta\mu\iota\sigma\sigma\upsilon\sigma$ , ex spondeo et pyrrhichio, hoc est, ex duabus longis et duabus breuibus, temporum sex: ut, Demetrius. Huic contrarius est Ionicus  $\alpha\pi\delta\iota\lambda\omicron\sigma\sigma\upsilon\sigma$ , qui constat ex pyrrhichio et spondeo, hoc est, ex duabus breuibus et duabus longis, temporum sex: ut, Diomedes, Lacedæmon. Dijambus ex breui et longa et breui  $\sigma$  longa, temporum sex: ut, Leonides, propinquitas, qui pes à duplato iambo appellatur. Huic contrarius est ditrocheus, ex longa  $\sigma$  breui  $\sigma$  longa  $\sigma$  breui, temporum sex: ut, cantilena, dimicare, qui pes catatrocheus dicitur.

Antispastus ex iambo et trocheo, hoc est, ex breui et duabus longis et breui, temporum sex: ut, medullina, salonijs. Huic contrarius est choriambus, ex trocheo et iambo, hoc est, ex longa et duabus breuibus et longa, temporum sex: ut, nobilitas, armipotens. Hos omnes ciam de metri tractatu aliquid legimus, diligentius considerare et in memoria habere debemus, ut singuli quique uersus quibus pedibus constant, scire possimus. Pedes heteroploci pēta syllabi sunt numero triginta et duobus: Orthius ex breuibus quinque,  $\sigma$  totidem temporum. Periambus ex longa et breuibus quatuor, temporum sex. Parapienos ex breui  $\sigma$  longa et tribus breuibus, temporum sex. Mesomacros ex duabus breuibus et longa et duabus breuibus Hegemoscolius ex tribus breuibus et longa  $\sigma$  breui, temporum sex. Pyrrhichianapæstus ex breuibus quatuor  $\sigma$  longa, temporum sex. Probrachys ex breui  $\sigma$  longis quatuor, temporum nouem. Hyperbrachys ex longa  $\sigma$  breui et duabus longis, temporum nouem. Mo  
lof



Iambos ex tribus longis et breui et longa, temporum  
 nouem. Calotibos ex quatuor longis et breui, temporum  
 nouem. Diphyses ex duabus breuibus et tribus longis, tē-  
 porum octo. Othius ex longa et duabus breuibus et lōgis  
 duabus, temporum octo. Amebeos ex duabus lōgis et to-  
 tidem breuibus et longa, temporum octo. Moloſopyr-  
 rhichius ex tribus longis et duabus breuibus, temporum  
 octo. Symplectos ex duabus longis et tribus breuibus, tē-  
 porum septem. Musicos ex duabus lōgis, et totidem bre-  
 uibus et longa, temporum octo. Dasios ex tribus breui-  
 bus et duabus longis, temporū septem. Dochimos ex du-  
 abus breuibus et longa et breui et longa, temporum se-  
 ptem. Periambodes ex breui et longa et breui et duabus  
 longis, temporum octo. Doriscos ex lōga et duabus bre-  
 uibus et longa et breui, temporum septem. Cyprios ex  
 breui et longa et duabus breuibus et longa, temporū se-  
 ptem. Anticyrios ex longa et breui et duabus lōgis et  
 breui, temporum octo. Bacchiochorios ex duabus longis  
 et breui et longa et breui, temporum octo. Dochimos  
 per οὐλύλαν, ex breui et duabus longis et breui et lōga,  
 temporum octo. Antistrophos ex breui et tribus longis  
 et breui, temporum octo. Moloſospondeus ex longis quā-  
 tuor, temporum decem. Hactenus originem et historiā  
 generalium pedum exposuimus. Poëmatum genera me-  
 trorumq; tractatus ostendere tempus est.

DE TRIBVS PO  
 ematum generibus.

P B Po

DIOMEDIS GRAMMAT.

**P**oëmatis genera sunt tria. Aut enim actiuum est, uel imitatuuum, quod Græci δραματικὸν uel μιμητικὸν. Aut enarratiuum uel enunciatiuum, quod Græci ἐξηγητικὸν uel ἀναγγελλτικὸν dicunt. Aut commune uel mixtum, quod Græci κοινὸν uel μίχτικὸν appellant. δραματικὸν uel actiuū est, in quo personæ agunt solæ, sine ulla potest et interlocutione, ut se habent tragicae uel comicae fabulae, quo genere scripta est bucolicon es, cuius initium est: Quò te Mœri pedes? ἐξηγητικὸν est uel enarratiuū, in quo poëta ipse loquitur sine personæ ullius interlocutione, ut se habent tres Georgicae, et prima pars quarti. Item Lucretiana carmina, et cætera his similia. κοινὸν uel μίχτικὸν est, in quo poëta ipse loquitur, et personæ loquentes introducuntur, ut est scripta Ilias et Odyssea tota Homeri.

DRAMATICI SIVE ACTIUI,  
exegetici siue enarratiui, et communis  
uel mixti species.

**P**oëmatis dramatici uel actiui genera sunt quatuor. Apud græcos, tragica, comica, satyrica, mimica. apud Romanos, prætextata, tabernaria, itteliana, planipes. Exegetici uel enarratiui species sunt tres, angeltica, historice, didascalice. Angeltica est, qua sententiæ scribuntur morales, ut est Theognidis liber. Itē historice, qua narrationes et genealogiæ componuntur, ut est Hesiodi theogonia, et similia. Didascalice est, qua comprehenditur philosophia, ut libri Varronis, Empedoclis, Lucretij. Itē astrologia, ut Περὶ ἄστρον. Arati et Cic

ceronis et Georgice Vergilij, et similia. καὶ τοῦ uel mixti poematis species prima, ē heroica, ut iliados et aeneidos. Secūda lyrica, ut est Archilochi et Horatij. Epos dicitur Græce carmen hexametron, diuinarum rerum et heroicarum humanarumq; comprehēsis, quod à Græcis ita diffinitum est: περιχὴ θείων ἢ ἡρωϊκῶν καὶ ἀνθρώπων πραγμάτων. Latine paulo communius carmen auditur. Epos latine primus digne scripsit Lilius is, qui Romanorum gesta decem et octo complexus est libris, qui et annales inscribuntur, quod ferè singulorum annorum actus contineant, sic puta, annales, quos pontifices scribēq; conficiunt de Romanis, qui quidem Romanorum res gestas declarant. Epos aut appellatur, ut Græcis placet, ἡμιμετρὸν ἢ ἑπτα, ἢ ὄγδο. Proprie enim ἡμιμετρὸν ἢ ὄγδο uel ὀκτώλυθος. Præcipue uero hexameter uersus epos dicitur, quoniam hoc uersu uerba respondent mutuo, ut sic dixerim.

## DE POEMATIS CHARACTERI-

bus quatuor ac generibus eiusdem.

Poematos characteres sunt hi: μακροῦς, βραχυῦς, μέσοῦ, ἄρτυροῦ. μακροῦς enim, ut apud Vergiliū, cum in uersu decimo de Metabo facit narrationem sic: Pulsus ob inuidiam regno uiresq; superbas. Aut ut se habent secundū et tertij libri. βραχυῦς est, ut in quinto, ubi de Ganymede strictim narrat sic: Victori chlamydem auratā, quam plurima circum Purpura Mæandro duplici meliboea cucurrit, Intextusq; puer frondosa regius Ida, Veloces iaculo ceruos. μέσοῦ est, ut in primo: Huic con-

DIOMEDIS GRAM.

iunx Sicheus erat. Est enī castigata narratio, sic tamen ut omnia cōplexa sit. *Αὐτοῦτος*, ut in septimo, ubi amoenitatē luci ac fluminis describēdo, facit narrationē sic.

—hunc inter fluuio Tiberinus amœno,  
Vorticibus rapidis & multa flauus arena,  
In mare prorumpit, uariæ circumq; supraq;  
Assuetæ ripis uolucres & fluminis aluco.

Consequentia primus deus uates comprehendit, unde postea abusiue uerbum, & solute orationis ipsa scriptura, consequens ab alijs epos dictum. *Ποσειδῶνα* aliqua particula discretā atq; diuisa, dicta *ἄρξ* & *ῥέξις*, q. uersus in unum uolumen uelut consuuntur et comprehendantur: uel q. olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculo, id est, uirga, pronunciabāt, qui ab eodem Homero dicti sunt Homeristæ.

Elegia est carmen compositū, hexametro uersu pentametroq; alternatim positis: ut, Diuitias alius fuluo sibi congerat auro, Et teneat culti iugera magna soli. Quod genus carminis præcipue scripserunt apud Romanos, Propertius et Tibullus et Gallus, imitati Græcos Callimachum & Euphorionem. Elegia autem dicta siue *ἔλεος* (ferè enim defunctorū laudes hoc carmine comprehendebant) siue *ἄλγος*, id est, miseratione, quòd *ἄλγος* Græci isto metro scriptitauerūt. Cui opinioni consentire uidetur Horatius, qui ad Albiū Tibullum elegiarum autorem scribens, ab ea quam diximus miseratione, elegos miserabiles dicit, hoc modo: Ne u miserabiles Decantes elegos. Apud Romanos autem id



carmen, quod cum lamentatione extremum atq; ultimū  
 mortuo accinitur, nenia dicitur  $\eta\eta\epsilon\gamma\ \delta\ \nu\eta\epsilon\gamma\ \delta\ \epsilon\chi\alpha\lambda\epsilon\gamma$ . Et  
 in chordis extremus nervus appellat<sup>9</sup> est  $\nu\acute{\alpha}\tau\eta\sigma$ . Sic et ele  
 gia videtur cognominari tractum, quod mortuis uel mo  
 rituris ascribitur nouissimum. Iambicum est carmē  
 maledicum, plerunq; trimetro uersu & epodo sequente  
 compositum: ut, Mala soluta nauis exit alite, Ferēs olen  
 tem Meuium. Appellatū est  $\eta\eta\epsilon\gamma\ \delta\ \iota\alpha\mu\beta\epsilon\lambda\lambda\epsilon\gamma$ , quod est ma  
 ledicere. Cuius carminis præcipui scriptores apud Græ  
 cos Archilochus & Hipponax, apud Romanos Lucili  
 us & Catullus et Horatius & Bibaculus. Epodi dicun  
 tur uersus quolibet modo scripti, et sequenteis clausulas  
 habentes particularum, quales sunt epodi Horatii, in q  
 bus singulis uersibus singule clausule adiunguntur: ut,  
 Nox erat, & coelo lucebat luna sereno Inter minora sy  
 dera. & Altera iam bellis teritur ciuilibus atas, Suis &  
 ipsa Roma uiribus ruit. et quæcunq; sunt similes. Dicti aut  
 epodi  $\sigma\alpha\tau\upsilon\rho\alpha\ \delta\ \nu\eta\epsilon\gamma\ \delta\ \mu\alpha\iota\sigma$  à partibus uersuum, quæ legitimis &  
 integris uersibus  $\iota\eta\eta\epsilon\gamma\ \delta\ \nu\eta\epsilon\gamma\ \delta\ \mu\alpha\iota\sigma$ , id est, accinuntur. Saty  
 ra est carmen apud Romanos, non quidē apud Græcos,  
 maledicum, et ad carpēda hominum uitia, archæe co  
 mœdiæ caractere compositum, quale scripserunt Lu  
 cilius et Horatius et Persius. Et olim carmē, quod ex ua  
 rijs poematibus constabat, Satyra uocabatur, quale scri  
 pserunt Pacuius & Ennius. Satyra autem dicta, siue  
 à Satyris, quod similiter in hoc carmine ridicule res pue  
 dendeq; dicuntur, quæ uelut à Satyris proferuntur et fi  
 unt: siue à satyra lance, quæ referta uarijs multisq; pri  
 mi

DIOMEDIS GRAM.

miijis, in sacris Cereris in ferebatur, et à copia et saturi-  
tate rei, satyra uocabatur, cuius generis læcium et Ver-  
gilius in Georg. meminit, cum hoc modo dicit: Lancibus  
et pandis fumantia reddimus exta. et, Lancesq; & liba  
feremus. Siue à quodam genere sarciminis, quod multis  
rebus refertur, satyram Varro uocitat. Est autē hoc por-  
situm in secūdo libro Plautinarū questionū: Satyra est,  
ubi pasta et polenta et nuclei pinei ex mulso conspersi.  
Ad hæc alij addūt et de malo Punico grana. Alij autem  
dictū putant à lege satyra, quæ uno rogatu multa simul  
comprehēdat, q̄ scilicet et satyra carmina multa simul  
& pœmata comprehenduntur, cuius legis Lucilius me-  
minit in primo, per satyrā ædilem factū, qui legibus sol-  
uat, et Salustius in Iugurtha: Deinde quasi per satyrā  
sententijs exquisitis in deditiōe accipitur. Bucoli-  
ca dicuntur pœmata carmine pastorali composita. In-  
stituta autem sunt, sicut quidam putant, in Laconia, uel  
(ut alij) in Sicilia. Nam inter Lacedæmonios & Siculo-  
los uaria fuit conditio. Sed quod ad Laconas pertinet, hæc  
eorum fuit origo. Quo tempore aduentante Xerxe in  
Græciā, omnes (deserta Laconia) metu barbarorū per-  
territi, in diuersas partes fugisse dicuntur, & cū uirgi-  
nes timore laterent, ex hoc euenisse, ut eo die quo solit-  
erat chor⁹ uirginū Dianæ Caryatidi hymnū canere, ne-  
mo ad solēne sacrū inueniret. Tūc itaq; pastores ex ru-  
re in urbē conuenerunt, et ne ritus sacrorū interrūpe-  
retur, pastorali carmine cōposito deæ honorē celebra-  
uerunt, unde etiā Βουκολισμός dicitur. A Siculis autē origo  
que

qua trahitur, hæc est: Antequã Hiero rex Syracusas ex  
 pugnaret, morbo Sicilia laborabat, uarijs & assiduis ce-  
 remonijs Dianam placantes, finẽ malis inuenerunt, ean-  
 dem Lyen cognominauerũt, quasi solutricem malorũ.  
 inde res in consuetudinem tracta est, ut greges rustico-  
 rum theatrũ ingrederentur, & uictoriam canerẽt. Ha-  
 bitus uero huiusmodi uidebatur: Erat panis magnus omni-  
 ferarum imagines complexus, cum uino et folle legumi-  
 num omnis generis, inerat corona in capite, & in ma-  
 nu pedum clauatum, atq; ita uictoriam omnium fores mul-  
 tudo carmine circubabat, uictoriam quam adepti fue-  
 rant, canebant, & de eo folle limina frugibus spargebat,  
 nonnulli & in Italiam et in Lydiam et Aegyptũ tras-  
 isse creduntur, quos Lydiastas & Bucolistas appellaue-  
 runt. Quamq; est & alia opinio, circũ pagos & oppida  
 solitos fuisse pastores, composito carmine precari peco-  
 ram et frugum omniumq; rerum prouentũ, atq; inde in  
 hunc diem manere nomen et ritum Bucolicorum. Putãt  
 autẽ quidã hoc genus carminis primum Daphnim com-  
 posuisse, deinde alios cõplures, inter quos Theocritũ Sy-  
 racusanũ, quem noster imitatur. Tragoedia est hero-  
 ice fortunæ in aduersis cõprehẽsio. A Theophrasto ita  
 diffinita est: Tragoedia est ἠρωϊκὸς τῆς πῆρας αἴτιον. Tra-  
 goedia, ut quidã, dicitur à τράγος & ἴδιον, dicta quoniam  
 olim actoribus tragicis τράγος, id est, hircus, præmiu-  
 cantus proponebat, q̄ Liber alibus, die festo, Libero pa-  
 tri ob hoc ipsum immolabatur, quia (ut ait Varro) de pa-  
 scunt uitẽ. & Horatius in arte poetica: Carmine q̄ tra-  
gã

DIOMEDIS GRAM.

gico uilem certauit ob hircum, Mox etiam agresteis Sa-  
 tyros nudauit. et Vergilius Georgicorū secūdo, cum et  
 sacri genus monstrat, & causam talis hostiæ reddit his  
 uer sibus, Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus  
 aris Ceditur. Alij putant à sæce, quam Græcorum qui-  
 dam τούρα appellant, tragœdiam nominatam, permuta-  
 tione literarum in aduersum, quoniam olim nōdum per-  
 sonis à Thespide repertis, taleis fabulas peruncti ora se-  
 cibus agitabant, ut rursus est Horatius testis, sic, Ignor-  
 tum tragicæ genus inuenisse camæna dicitur, & plaur-  
 stris uexisse poemata Thespiis, Quæ canerent agerētq;  
 peruncti facibus ora. Alij à uino arbitrantur, propter  
 ea q̄ olim uinum dicitur abatur τρῦξ, à quo τρῦν & hodie  
 quoq; uindemia est, quia Liberalibus apud Atticos, die  
 festo Liberi patris, uinum cantoribus pro corollario da-  
 batur, cuius rei testis est Lucilius in duodecimo. Co-  
 mœdia est priuata ciuiliſq; fortunæ sine periculo uitæ,  
 comprehensio, apud Græcos ita diffinita: κωμῳδία ἴσιν  
 ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν προσημασμένων ἀκρίδων & πρὸς ἡ. Co-  
 mœdia dicta ἀπὸ τῆς κωμῳν. κῶμοι enim appellatur pa-  
 rro) Attica circū uicos ire solita fuit, & questus sui  
 causa hoc genus carminis pronuntiabat, aut certe à ui-  
 cis. Nam posteaq; ex agris Athenas commigratum est,  
 et hi ludi cōstituti sunt, sicut Romæ compitalitij, ad ca-  
 nendum prodibant, & ab urbana come et oda comœdia  
 dicta est ἀπὸ τῆς κωμῳν, id est, uiculis, q̄ ea humilium do-  
 mum fortunæ comprehendantur, nō ut in tragœdia pu-  
 bli



blicarum regiarumq;. Vel ὁ πὸ τῶ κώμῳ, id est, come sati-  
one, quod olim in huiusmodi fabulis amantium iuuenum  
κῶμοι agebantur,

QVID INTERSIT INTER CO-  
mœdiam et tragœdiam, et de earũ dif-  
ferentijs siue speciebus.

Comœdia à tragœdia differt, quod in tragœdia in-  
troducuntur duces, heroës, reges: in comœdia humiles at-  
q; priuatae personæ. In illa luctus, exilia, cades: in hac amo-  
res, uirginũ raptus. Deinde quod in illa frequenter et pe-  
nè semper letis rebus, exitus tristes, et liberorum fortu-  
narũq; priorum in peius agnitio. In hac tristibus letio-  
ra succedunt. Quare uaria diffinitione discretæ sunt. Al-  
tera enĩ ἀνῶν κῶμῳ, altera τῶ χυρῶν κῶμῳ dictæ sunt.  
Tristitia namq; tragœdia proprium. Ideo q; Euripides  
petente Archelao rege, ut de se tragœdiã scriberet, ab-  
nuit, ac precatuſ est, ne accideret Archelao aliquid tra-  
gœdiæ proprium, ostendens nihil aliud esse tragœdiã,  
q̃ miseriarum comprehensionem. Poëtæ primi comici  
fuerunt, Susarion, Rullus et Magnes. Hi ueteris discipli-  
næ ioculatoria quedam minus scite & uenuste pronun-  
ciabant, in quibus hi uersus fuerunt:

Λκόντε λέξιν, Σουσαρίων λέξει τὰ δα.

Κακὸν γυναικίς, ἀλλ' ὅμως ἢ Δημόταις,

Ὅν ἔστιν ὁμῶν οἰκίαν ἄνιν ποκοῦ.

Secunda ætate fuerunt Aristophanes, Eupolis et Cra-  
tinus: qui & principum uitia insectati, acerbiſſimas co-  
mœdias composuerunt. Tertia ætas fuit Menandri et

DIOMEDIS GRAM.

Philemonis, qui omnē acerbitatem comœdiæ mitigauerunt, atq; multiplicia argumenta Græcis autoribus secuti sunt: Ab his Romani fabulas transtulerunt, & constat apud illos primo, latino sermone comœdiã Liviũ Andronicũ scripsisse. Sunt qui uelint Epicœdium in insula Co exulantẽ, primum hoc carmen frequentasse, et sic à Co comœdiam dici. Antea itaq; galericis, non personis utebantur, ut qualitas coloris, indicium faceret etatis, cum essent aut albi, aut nigri, aut ruffi. Personis uero uti primus cepit Roscius Gallus, præcipuus histrio, qui oculis obuersis erat, nec satis decorus in personis nisi parasitos pronuntiabat. Initio togatæ comœdiæ dicebantur, & omnia in publico honore confusa cernebantur, quæ togatæ postea in prætextatas et tabernarias diuidebantur. Togatæ fabulæ dicuntur, quæ scriptæ sunt secundum ritum et habitum hominum togatorum, id est, Romanorum (togata namq; romana est) sicut græcas fabulas ab habitu æque palliatas Varro ait nominari. Togatas autem, cum sit generale nomen, specialiter tamen pro tabernarijs, non modo communis error usurpat, quia Fanius togatas appellat, sed & poëta, ut Horatius qui ait: Vel qui prætextatas, uel qui docuere togatas. Togatarum fabularum species tot ferè sunt, quot & palliatarum. Nam prima species est togatarum, quæ prætextatæ dicuntur, in quibus imperatorum negotia agebantur & publica, & reges Romani uel duces inducuntur, personarum dignitate et argumentorum sublimitate tragedijs similes. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè regum uel magistratum, qui

qui prætecta utuntur, in huiusmodi fabulis acta comprehenduntur. Secunda species togatarum, quæ tabernariæ dicuntur, humilitate personarum & argumentorū similitudine, comœdijs pares, in quibus non magistratus regesq; sed humiles homines et priuata domus inducuntur: quæ quòd olim tabulis tegeretur, communiter tabernariæ vocabantur. Tertia species est fabularum latinarum, quæ à ciuitate Osorum Attella, in qua primum coepta, Attellana dictæ sunt, argumentis dictisq; iocularibus, similes satyricis fabulis Græcis. Quarta species est planipedis, Græce dicitur *μῖμν*. Ideo autè latine Planipes, q; actores planis pedibus (id est, nudis) proscenium introirent, non ut tragici actores cum cothurnis, neq; ut comici cum soccis olim, non in suggestu scenæ, sed in plano orchestrae positus instrumentis mimicis agerent. Cuius planipedis, Accius togatarum scriptor ita in ædilitia fabula meminit: Datum est aurum, exultat planipes. Si quas tamè ex soccis fabulas fecerant, palliati pronuntiabant. Togata prætectata, à tragoedia differt. In tragoedia heroës introducuntur. Pacuuius tragoedias nominibus heroicis scripsit Horestes, Chrysen, & his similia. Item Accius. In prætecta autem scribitur Brutus, uel Decius, uel Marcellus. Togata tabernaria à comoedia differt, quòd in comoedia græci ritus inducunt, personæq; græcæ, Laches, Sostrata. In illa uero latine. Togatas tabernarias in scenam ductauerunt præcipue duo, Afranius & Quintus Ennius. Nam Terentius & Cæcilius comoedias scripserunt. Latina At-

DIOMEDIS GRAM.

tellana, à Græca Satyrica differt, quòd in satyrica ferè  
 satyrorum personæ inducuntur, ut si quæ sunt ridiculæ  
 similes satyris. Autolyce<sup>o</sup>, Burris. In Attellana, obscœ  
 næ personæ, ut Marcus. Dramata autè dicuntur tragica,  
 aut comica  $\pi\alpha\rho\delta\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$   $\delta\epsilon$   $\alpha\pi\alpha\rho\alpha\gamma\epsilon\iota\varsigma$ , id est, agere. Latine fabulæ ap-  
 pellatur, siue factubulæ. In latinis eni fabulis plura sunt  
 cantica quæ canuntur. Vel à facièdo, nam et agi fabu-  
 la, non referri ab actoribus dicitur. Itaq; Horatius utra-  
 q; significatione interpretatur, cum ita de fabula dicit:  
 Aut agitur res in scenis, aut acta referi. Dramaticæ ue-  
 ro tres personæ solæ agūt. Ideoq; Horatius ait: Nec  
 taloqui persona laboret. Quia quarta semper muta. At  
 latini scriptores, cōplures personas in fabulas introdu-  
 xere, ut speciosiores frequentia facerent. Satyrica  
 est apud Græcos fabula, in qua item tragici poetæ, non  
 reges aut heroas, sed Satyros induxerunt, ludendi caus-  
 sa iocandiq; simul ut spectator inter res tragicas seri-  
 asq; satyrorū quoq; iocis & lusibus delectaretur, ut &  
 Horatius sentit his uersibus: Carmine qui tragico uilem  
 certauit ob hircū, Mox etiā agrestis satyros nudauit,  
 et asper Incolumi grauitate iocū tentauit, eo q; Illece-  
 bris erat, et grata nouitate morādus Spectator. Mi-  
 mus est sermonis cuiuslibet motus sine reuerētia, uel fa-  
 ctorū cū lasciuia imitatio. Mimus dictus, quasi sol<sup>o</sup> imi-  
 tet, & cū alia poëmata idē faciunt, sed solus quasi priui  
 legio quodā, quod fuit cōmune, possedit. Similiter atque  
 is, q;  $\delta\epsilon$  sum facit, dictus  $\pi\alpha\rho\alpha\gamma\epsilon\iota\varsigma$ , cū tamē artifices q; eque  
 quid faciunt, non dicantur poetæ. Mēbra comœdiarum  
 tris



tria sunt, diuerbium, canticum, chorus. Membra comœdie diuersa sunt, diffinito tamen numero cõtinentur, à quinq; usq; ad decem. Diuerbia sunt partes comœdian, in quibus diuersorũ personæ uersantur. Personæ aut diuerbiorũ, aut due aut tres, raro autem quatuor esse debent, ultra augere numerũ non licet. In canticis autem una tantum debet esse persona: aut si due fuerint, ita debet esse, ut ex occulto una audiat nec loquatur, sed secũ, si opus fuerit, uerba faciat. In choris uero numerus personarũ diffinitus non est, quippe iunctim oēs loqui debet, quasi uoce cõfusa, et concentũ in unam personam reformantes. Latine uero comœdiæ chorũ nõ habent, sed duobus tantũ membris constant, diuerbio & cantico. Primis autẽ temporibus (ut asserit Tranquillus) omnia que in scenâ uersantur, in comœdiâ agebantur. Nam et pantomimus et chorales in comœdiâ canebant. Verũ actores comœdiarum, pro facultate et arte potiores, principum sibi artificio uendicabant. Sic factum est ut nolentibus cedere mimis, cum artificio suo ceteris, separatio fieret reliquorum. Nam dum potiores inferioribus, qui in omni magisterio erant, seruire dedignabatur, se ipsos à comœdijs separauerunt: ac sic factum est, ut exemplo semel sumpto, unusquisque artis suæ rem exequi cocperit, neq; in comœdiâ uenire. cuius rei indicia produnt nobis antiquæ comœdiæ, in quibus inuenimus acta tibijs paribus, aut imparibus, aut seranis. Quando enim chorus canebat choricis tibijs, id est, choralicis, artifex concinebat. In canticis autem pyraulicis responsabat. Sed q; pa-

## DIOMEDIS GRAM.

ribus tibijs uel imparibus inuenimus scriptū, hoc significat, quod si quādo monodio agebat, unam tibiam inflabat: si quando synodio, utranq;

### DE SYLLABA.

rum quantitate.

**Q**uoniam extremitas nominum ad metricā compositionem necessario indaginem inquirat, ideo singulorū extremitates regularim (quā potuimus) diffinitas contulimus, quo facilius metrorum tractatus cū legi cœperit, colligatur, ut pura uia in sensus legis, & sine ullis caliginibus ueniat. Omnis casus numeri singularis & pluralis, obseruata nouissima syllaba, facilius monstrabit, quomodo separare debeamus, quæ sit producenda uel corripienda ultima nominis syllaba. Quinque enim uocales suam potestatem mutant, cum per casus nomina à prima sua positione inflexa uariētur. Omnia enim nomina, quibus uniuersa dictionis sylua copiosissima est, non plus q̄ duodecim literis ultimas syllabas finiunt, quinque uocalibus, a, e, i, o, u, sex semiuocalibus, l, m, n, r, s, x, una muta, t. ut, Sisenna, monile, sinapi, Cicero, ueru, cōsul, scannum, pecten, Cæsar, Liuius, silex, caput. Age nunc omnium nominum extremitates, per omnes casus quæ sint producēde uel corripiēde, exponemus.

### S E Q V V N T V R

quædam regule speciales.

Omnia nomina (exceptis monosyllabis) casu nominatiuo singulari, memoratis literis duodecim nouissimis,

cor.

corripiuntur, præter illa quæ o litera finiuntur, ut caro, et quæ syllaba es, ut Alcides, fides, nubes, uel as, ut Meccenas, facultas, Aeneas, uel en, ut lien. Item Græca in os, ut heros. Fœminina quoque noiatiuo e litera finita, ut Circe, Dirce, Phœnice. Omnia nomina triū generum, casu genitiuo numeri singularis, producuntur, quæ in has syllabas literas uel deferunt. In æ masculina, ut huius poetæ. & fœminina, ut huius fortunæ. In i masculina, ut huius pueri. Fœminina, ut huius lauri. Neutra, huius doni. In us masculina, ut huius portus. in uneurum, ut huius cornu. in ei, masculina et fœminina, ut diei, aciei. in es Græca, ut huius Dirces, Phœniccs. Corripiuntur uero memorato casu, quæ in is syllabâ terminantur, triū generū: masculina, ut Catonis: fœminina, ut orationis: neutra, ut syderis, et cætera his similia. Oia nomina triū generū, casu datiuo singulari, uocalibus terminata producunt. Oia noiã accusatiuo casu singulari corripiuntur, præter Græca. Nã ex his, si non reformetur in latinam declinationem, quæ genitiuo æ uel es habet, ea in accusatiuo terminata en syllaba, producunt: ut, Alciden, Dircen, Phœnicen. Omnia nomina casu uocatiuo singulari, corripiuntur, exceptis his, quæ o litera, uel e uocali, uel producta syllaba, ut es uel as uel en terminant: O, ut Cicero, Iuno. E, ut Alcide, Circe. Es, ut dies. As, ut dignitas, Meccenas. En, ut lien.

Omnia nomina triū generum ablatiuo casu singulari quinque uocalibus finita producuntur. Ex his uero e litera tam corripiuntur quam produciuntur: & prius quidem

DIOMEDIS GRAM.

fic: Masculina, ab hoc oratore. Foeminina, ut ab hac Iu-  
none. Neutra, ut ab hoc sydere. Posteri<sup>9</sup> uero sic: Mascu-  
lina, ut ab hoc die. Foeminina, ut ab hac re, & similia.  
Neutrū enim in e litera producta, memorato casu nullo  
lum producitur. Omnia nomina casu nominatiuo plur.  
litam masculina q̄ foeminina, quacūq; syllaba termina-  
ta, produciuntur, exceptis his quæ Græca sunt, ut Troës,  
Phryges. Oia nomina trium generū casu genitiuo plu-  
rali, quibuscunq; syllabis terminata, corripiuntur. Oia  
noīa trium generum, casu datiuo et ablatiuo numeri plu-  
ralistam produciuntur, ut ea, quæ in syllabam finiuntur,  
q̄ corripiuntur, ut ea, quæ bus syllaba memoratis casibus  
finiuntur. Omnia nomina masculina et foeminina accu-  
satiuo casu & uocatiuo plurali, quibuslibet terminata,  
produciuntur, præter græca, quæ tam accusatiuo, as syl-  
laba finito, q̄ uocatiuo es terminato, corripiuntur. Ac-  
cusatiuo sic, Troas, Stygas, delphinas. Vocatiuo, ô Tro-  
es, Styges, et cætera similia.

DE RATIONE METRORVM.

Metrorum, id est, legitime compositionis obscuritas,  
scrupulose intentionis indaginem uehementem inquirit,  
quæ in obrè omni fluctu circuitiōnis ablato, quædam me-  
tra dilucide et breuiter exposui. Etenim mihi res uide-  
batur absurda, rem natiua obscuritate difficilem, etiam  
caligine expositionis obtegere. Versus est partiū le-  
gitima dispositio, et pedum culta copulatio, consonanti  
specie metricam exhibens regulam. Versus heroicus  
a duodecim syllabis in decem et septem syllabas longat-  
tur,



tur, ultra non potest. Nam si plus habet, excutiuntur per  
 ἔκθλι·ϕ·iv & συναλοφῆν. Scanditur autem sexies. Recipit  
 enim pedes, cū est legitimus, inter se uariatos duos, spō-  
 deū, et resoluta eius posteriore parte, dactylū. Sed spō-  
 deus perpetuo in fine ponitur, cuius loco plerunq; tro-  
 cheus inuenitur, ea ratione, quia indifferentem in omni-  
 bus metris postremam syllabā ueteres esse crediderūt.  
 Hi igitur pedes syllabis impares, temporibus aequales,  
 sex regionibus distributi, quaterna tēpora sua scanden-  
 do patientes, quatuor et uiginti temporibus, metri toti-  
 us siue tomis uel commata, siue cola (quæ Latine sectio-  
 nes uel incisa uel membra dicuntur) perfecta confirma-  
 tione concludūt. Obseruatur autem, ne ultimus pes sit  
 trisyllabus, exceptis pauculis uersibus, qui ὑπερμετροί δι-  
 cuntur, quorum abundantiam excipiunt hi uersus qui se-  
 quuntur, incipientes à uocali synalophe ratione rhy-  
 thmica facta, eo q̄ factum uitium, quod erat in fine uer-  
 sus, continuatio sequentis emendat. Versus heroicus se-  
 narius diuersis uocabulis appellatur. Idem enim & he-  
 xameter et pythius, uel epicus et proprius et bucolicus  
 uocatur, super quas appellationes etiam Latine longus  
 uersus dicitur. Heroici igitur sunt, quoties in primo spō-  
 deus est, et in quarto, et in sexto. Heroicum autem pro-  
 pterea dicitur, q̄ uirorū fortiū res gestas ac facta com-  
 memoret. Hexametrum quoq; q̄ sex regionibus spondeū  
 et dactylum pedes, diuersis modis rationibusq; conser-  
 uet. Pythij uero origo inde tracta est (nec enim uidetur  
 incongruum, fabulose antiquitatis documētā de prome-

DIOMEDIS GRAM

re) quod Apollo quum Pythona Delphis propter ultio-  
nem matris necasset, accolæ primum timore carmẽ he-  
roicum hexametrum, initio sex spondeus compositum te-  
xuerunt, deinde soluta spondei altera syllaba, sine dano  
temporis, dactylum susceperunt. Quidam autem iambrũ  
magis gaudio sublato, motu celeri protulerunt. Fert hoc  
etiam heroicũ metrũ eius oraculis postea celebratũ, &  
ex hoc uersum, Pythij nomen accepisse. Item proprij  
sunt, quoties in priore loco spondeus ponitur, & in quar-  
to & in sexto, ut apud Vergilium: Defecisse uidet sua iã  
promissa reposci. Item, Immotamq; coli dedit et contem-  
nere uentos. Item, Cui non dictus Hylas puer & La-  
tonia Delos. Bucolici sunt, quoties in quarta regione  
dactylus finiens partem orationis inuenitur. Itidẽ dacty-  
licus nominatur, cum omnes serẽ dactylos habet, no-  
uissime spondeum, ut est apud Homerian:

Ἐν δὲ δὴ ἀπὸ πρῶτου κερουθμὲν & αἰδοπιχαλις.

Apud Vergilium tale est: Pãditur interea domus omni-  
potentis olympi. Idem spõdaicus appellatur, cum oēs  
spondeos, quem quidã molossicum dixerunt: ut, Roma-  
ni muris Albam cinxerunt longam. Et illud: τῶδ' ἐν μὲν  
σύνει μεβλήτην ὀλλύλαισι. Versus heroicus is dignitate pri-  
mius est, plenæ rationis perfectione formatus, ac totius  
grauitatis honore sublimis, multa q; pulchritudinis uenu-  
state præclarus, qui sine ulla coniunctione quas cunq; ali-  
as orationis partes, ita mutuis inter se cõnexionibus col-  
ligat, ut in scansione propria, pes nullus nisi nouissimus  
tantum, in egram partẽ orationis includat, atq; ita sex

regionibus suis, spondeum pedem dactylumq; custodiat, ut dactylus perraro, & hoc quidem ornandi poematis gratia, quintam regionem suam spondeo concedat, spondeus uero postremus, finibus suis nunquam dactylum patiatur insidere. In tertia quoque regione melius spondeus penthemimerim quam dactylus. Cateri autem pedes, sine ulla inter se discretione uariantur. Et exempli gratia ponamus aliquem uersum, qui sit his omnibus, quae supra memorauimus, clarus, & qui adeo ipsi Vergilio placuit, ut nullo mutato elemento, duobus in uoluminibus ponere delectatus sit: Oceanum interea surgens aurora reliquit. Animaduerte pedes singulos ita esse scansionis lege diuisos, ut eorum nullus partem orationis clauserit, nisi nouissimus, quem finalis necessitas cogit.

## DE FIGVRIS VER-

sus heroici.

**V**ersus heroicus recipit figuras trigintaduas. Aut enim ex omnibus spondeis erit, et ab hoc spondeus dicitur, qui uix apud Latinos inuenitur, raro apud Graecos est, et erit huiusmodi uersus  $\mu\omicron\nu\omicron\chi\mu\omicron\epsilon\tau\omicron\iota\delta\omicron\varsigma$ , id est, unius figurae. Ut si sic facias: Aut leueis ocreas lento ducunt argento. Vel auctus numero quinque syllabarum, oes habet dactylos, id est, quinque, et ab hoc dactylicus nominatur. Nam ultimum supra diximus disyllabum esse debere. Et is etiam  $\mu\omicron\nu\omicron\chi\mu\omicron\epsilon\tau\omicron\iota\delta\omicron\varsigma$  dicitur, ut est: Panditur interea domus omnipotentis Olympi. Versus uero qui est sedecim syllabarum, de quinque pedibus habens unum spondeum,

DIOMEDIS GRAM.

Spondeum, uarie quinque, regiones percurrentem, erit figurarum quinque; hoc est, πνταχμιατιδος, ut est una species illarum in hoc uersu: Aeole namque tibi diuum pater atque hominum rex. Item e contrario uersus est, qui est tredecim syllabarum, de quinque pedibus habes unum dactylum, & ipse quinque erit figurarum, hoc est, πνταχμιατιδος, ut est una species illarum: Cum Iuno aeternum seruans sub pectore uulnus. Ille uero uersus, qui de quinque pedibus duos habet dactylos, promiscue per quinque regiones uariatos, decem figurarum erit, & nominatur δεκαχμιατιδος uersus, qui continet quatuordecim syllabas, ut est una species illarum: Multa quoque bello passus dum conderet urbem. Et contra si de quinque pedibus duo spondei fuerint, inuicem dactylis mixti, uarie quinque regiones percurrentes itidem decem erit figurarum uersus, qui quindecim syllabis legitur, & est una species: Arma uirumquecano Troiae qui primus ab oris. Meminerimus autem figuras maiores dici, si dactyli plures fuerint. Si spondei, minores.

CAESURAE VERSVS HEROICI.

Illud quoque obseruare debemus, ut in heroico hexametro, mansiones (quas alij caesuras appellant, nonnulli sectiones uocant) facias, quas Graeci rite custodiunt. Incisiones uersus heroici sunt quatuor. Haec finitis partibus orationis fiunt, & tali ordine colliguntur. Prima est πνθυμιμπος. Secunda est κατὰ τρίτον. Tertia εφθυμιμπος. Quarta τετρατηδία sive βρολονία. Theocritus auctor carminis haec plurimum esse usus creditur, πνθυμιμπος est semiqui-



miquinaria, ubi post duos pedes et unam syllabam pars  
 orationis expletur. Et ideo πενθιμιμῆρης uocatur, quia pe-  
 des diuidit sic: Defecisse uidet. Se signari oculis. Horum  
 residuis partibus trimetri anapestici ὑπερκταλιχτι μοδ  
 fiunt: Sua iam promissa reposci. Vltro implacabilis ar-  
 det. Hæc licet accipiat unam breuem, secundam tamen  
 parte orationis faciet cæsuram. Secūda est κατὰ τρίτον,  
 in qua finita parte orationis, tertium trocheum ponas,  
 à quo nomen ei mansit, ut est: Infandū regina. Huic ad-  
 dito anapesto uel spōdeo, constat tertia incisio. Tertia  
 ἐφθιμιμῆρης, Latina lingua translata semiseptenaria, si  
 licet, quia septem diuidit, ut est: Italiam fato profugus.  
 Tum demum mouet armaleo. Excutiens ceruice toros.  
 Impavidus frāgit telum. Hinc quod remanet: Gaudetq;  
 comantis. Fixumq; latronis. Fremit ore cruento, facit  
 dimetrum anapesticum hypercatalecticum. Hæc dua-  
 bus additis breuibus, quartam mansionem efficit, ita, ut  
 quarto dactylum inuenias, ut est: Inferretq; deos Latio,  
 genus unde Latinum. Sunt qui quartū trocheum in hac  
 cæsura collocant, et κατὰ λιχτι μὲν ὁ τροχαιὸν appellāt,  
 ut est: Quæ pax longa remiserat arma nouare parabāt.  
 Alij uero spondeum, ut est: Inde toro pater Aeneas sic  
 orsus ab alto. Ita tamē si per omnia ista interualla, quæ  
 diximus, pars oratiōis finiatur, remanebit pars uersus,  
 quæ dicitur comma, si priorem habuit dactylum, dice-  
 tur dactylicum, ut est: Orsus ab alto. Si spondeum, spon-  
 diacum appellatur, ut est: Cornua uelatarū obuertimus  
 Antennarum. Hæc incisiones, quas Greci commata ap-  
 pellant,

DIOMEDIS GRAM.

pellant, figuris formantur tribus, simplici, composita, coniuñcta. Simplex est, cum inuenitur in uersu una incisio, ut: Panditur interea domus omnipotētis Olympi. Composita, cum duæ inueniuntur, ut est: Infandum regi na iubes, renouare dolorem. Coniuñcta, cum tres inueniuntur, ut est: Talibus Ilioneus, cuncti simul ore fremebant Dardanidæ.

Q VIBVS ET QVOT PROPRIETATIBVS UERSVS SPECTETUR.

**P**rimam, uersus dena proprietate spectatur principio, ut sint illibati, iniuges, æquiformes, quinque partes, Paripedes, Fistulares, Aequidici, Teretes, Sonori, Vocales. Itaq; Græci hos nuncupant ἀπυλλοῦς, ἀλύτος, ἰσχυρῶς, πνυτομερῆς, ἰστέρας, πιδωμερῆς, ἰβλυκτῶς, κυκλοτερεῖς, ἰχτυκῶς, φωνητικῶς. Qui uero in hac appellatione improbantur, ij quinq; speciebus designantur: Muti, truci, hiulci, fragosi, fluxi. Hos Græci ἀουφάλους, ἀοχορῶς, μειούρως, ἰαχῶς, κλοβῶς appellant. Igitur illibati sunt, qui non aucta uel minuta aut amputata syllaba uitiuntur, sed integra et plenissima dictione formantur, ut: Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro. Est enim uersus integer, et nullo uitio contaminatur. Iniuges sunt, qui nulla coniuñctionis syllaba copulantur, quos Græci ἀσυλλῶς nuncupant, sicut est: Tectum augustum ingens centum sublime columnis. Nullus enim coniuñctionis nexus occurrit. Aequiformes sunt, qui non composita, sed simplici figura ostentantur, ut: Vrbe fuit media Laurentis regia Pici. Nusq; enim hic duæ cetera

suræ inueniuntur. Quinque partes sunt, qui quinque partes signant, ut: Miscet flumina candida sanguine sparso. Fistulares sunt, qui paulatim accrescente partis orationis numero, ab unica syllaba plures adusque dicuntur, ut Homericus ille declarat:

Ωι ἰπῶν πνυλῶων Ἰλιουῶ φαίδιμου Ἐπτωρ.

Acquidici sunt, qui singulis propositionibus apparat dictiones, ut: Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur. Albis enim nigra opposuit, ligustris autem uacinia attribuit, et cadentibus legeda assignauit, Terebetes sunt, qui uolubile et coherentem continuant dictionem, ut: Torua mimalloncus inflatur tibia bombis. Sonori sunt, qui crepant pronuntiatione fragosa, et exultantem informant dictionem, ut: At tuba terribili sonitu procul ære canoro Incepuit, et: Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campam. Vocales sunt, qui per alta, producta locutione, sonantibus literis uniuersam dictionem illustrant, ut est illud Vergilij: Portus ab accessu uentorum immotus et ingens. Ipse sed horrificis iuxta sonat Aetna ruinis. Et totus deinde locus ille. De improbatibus uero uersibus uaria traduntur. Mutili uel trunci sunt, qui in principio amputantur, et literam uel syllabam amittunt, uel tempore deficiunt. Græce dicuntur ἐκίφαλοι, quale est: Fluiorū rex Eridanus. Itē Homericus

Ἐπειδὴ νῆος τε καὶ ἑλλήσποντον Ἰκρον (cus uersus:

In media parte exiles uel hiulci Græce uocantur λακρῶν) qualis est: Non mihi diuitia, sed est mihi, et cætera.

Item Homericus:

\* Impletur.

Pro Pacuuij exēplo, aliud hic ex Vergilio substituere placuit, quod uersus ille ex Pacuuij corrupti plane, nedum consusis prorsus erant.

DIOMEDIS GRAM.

nec ideo etiã  
eos corrigere  
erat, quã  
autor ille  
nusquã hodie  
extare  
putetur.

ὄντι ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίης ἐπιπέδου ἵστανται, ὅτι, πικρὸν ἵππυ.

Qui in ultima conclusione oratiunculae uel syllaba  
fraudentur uel tempore deficiunt, Graece μίσιποι, ἀνάστα-  
τος, χαλάρωτοι uocantur, ut est:

Ἐπὶ τοῖς δὲ ἰσπικρισσῶν ὄπως ἴδον ἀόλον ὄφιν.

Fragosi sunt, qui illeuigato sono et incõdito uarian-  
tur. Fluxi sunt, qui soluto modo & uulgari metro uacil-  
lantes quatiuntur.

DE QUALITATE METRI.

Qualitas metri, qua intelligimus, utrum principa-  
le sit metrum, an deriuatum, uocatur. Finita est autem,  
aut infinita. Finita est, quae statuto pedum conuenienti-  
um modo, & numero syllabarum diffinito, quo ad poe-  
tandi formam deceat, uniformis structurae conuersione  
decurrit, ut esse in omni principali forma cognoscimur.  
Infinita est in deriuatiuis, quae metrum seruat, & nume-  
rum syllabarum seruat, sed structurae mutatae deseruit.  
Aut diuersis uersibus et metris constructa, à tertio uer-  
su, uel à quarto cum uoluerit metrum seruat, et numerum  
syllabarum non seruat, ut glyconica uel pherecratica, quae  
metra dactyli imaginem habent, sed pedum minore nu-  
mero concluduntur. Aut nec metrum seruat, nec nume-  
rum syllabarum, ut in sapphico hendecasyllabo, in quo  
contrarios pedes in uno uersu coniungit. Item diuersis  
uersibus et metris, à tertio uersu uel à quarto strophem  
reuocat, ut cum alchaica metra uel asclepiadiũ et gly-  
conicum et pherecraticum coniuncta uidemus. Species  
metri sicut duae, finita et infinita. Finita est, qua intelli-  
gimus



gimus utrum principale sit metrum, an derivatū. Principale est, quod ipsum ex se formatum est, & sua lege, non assumpta decurrit, & est finita in omnibus metris principalibus. Derivatiuum quod à principali originē ducit, & est in omnibus derivatiuis infinita species.

### DE FORMIS PRINCIPALIVM METRORVM.

Formæ principalium metrorum secundum antiquitatis rationem, generalissimæ duæ sunt inuenta, dactylica & iambica. His etiam, ut aliorum probat autoritas, accedūt aliæ septem, trochaica, anapestica, choriambica, duæ ionica, pæonica, quam pleriq; rhythmicam esse dixerūt. Quarum additione uel imminutione, reliquæ species uarie contextæ deriuantur. Alia à pedum præcipua structura, anapestica & trochaica. Alia à syzygiæ quantitate, ut est trimetrum, pentametrum. Alia à numero syllabarum, ut est hēdecasyllabum. Alia ab inuētoribus, ut sapphicon, alchaicon. Alia ab his, qui in his frequentes fuerunt, ut sunt Aristophania, Archilochia, phaletia, asclepiadia, glyconica, quæ quidem in infinitum possūt uariari, beneficio rhythmorum, quorum uelut fuit compositio.

### DE MODIS METRORVM.

Modi metrorum sunt sex. Catasticos diffinitus uel principalis, schematicos, compositus, asynarches, incompositus, syncechymenos, confusus, zeugnymenos, coniunctus, paragon, derivatiuum. Diffinitus uel principalis est legitimorum metrorum ordo. Compositus

## DIOMEDIS GRAM.

constat ex legitimo uersu, et eiusdem legitimi medietate, & eisdem pedibus. Incompositus est peregrinis pedibus uersus ordinatus, cum fuerit alius uersus medius secutus trimeter heroicus. Confusus ex peregrinis pedibus uersus coniunctus est, quando ex duobus metris uersus ordinatur, ut heroicus & iambicus.

### DE CARMINVM SPECIE- bus, quæ à nonnullis depositio- nes dicuntur.

Species carminum sunt quatuor, ἀκατάληκτα, κατὰ λήκτα, ὑπερκατάληκτα, βραχυκατάληκτα. Acatalecta, est ineger uersus singulorum metrorum. Catalecta, est uersus minus habens metricæ constitutionis. Hypercatalecta, est super præcipuum uersum syllabam plus habens. Brachycatalecta, pedem minus habet, quam poscit pedum dispositio.

### DE QUALITATI- bus carminum.

Qualitates carminum sunt sex, ἡροϊκὴ, κωμικὴ, Ἰακωβὴ, μέλιτι, σατυρικὴ, χοροεὐλικὴ. Rationes pedum sunt quinque, θέσις, ἀρσις, βάσις, συζυγία, ἀρπυγία. Hæ sic ordinantur, thesis, in dissyllabis constat. Arsis in trissyllabis, basis, syzygia, dipodia in tetrasyllabis, sed basis in epitritis et pæonibus fit, syzygia in contrarijs, sed dipodia in paribus. Hæc interim quantum ad simplicem cognitionem spectat, prudentiæ tuæ satis explanasse sufficiat. Catalecta uero metra, quæ sunt tortuosis obscuritatibus implicita, ac multarum diuersitate perplexa, opportunis temporibus,

poribus, ac certis rationibus edocebo. Quæ quidem oïas si quis profundis sensibus intimarit, ac sincera mentis intentione perspexerit, & competenti studio diligenterq; seruauerit, non tantum ipse in peragenda uersificatione pollebit, uerum etiam & de aliorû carminibus, quoties libitum fuerit, iustis rationibus & irreprehensibili sententia iudicabit, quibus pedibus regantur.

## DE DIFFERENTIIS METRORVM.

Elegum metrum trimis uersibus constat, hexametro, heroico, subiunctoquinario. Prior pedes heroici recipit, posterior pentametri. Is est quinarijs. Scãditur, ut duæ semiquinaria, ita ut posterius comma, duos dactylos habeat & semipedem, quod genus scansionis est usitatus. Alij uero sic scandunt, feritur quinquies. In primis duabus gressionibus admittit dactylum & spondeum, tam inuicem inter se compositos, quam se irritantes, prout ratio postulauerit. Tertiam regionem sine dubio perpetuo spondeus debet habere. Si memorati pedis breuem priorem syllabam pro longa positam inuenies, quæ ratio sit, ne moueat. Potest em̃ esse ratio aliqua, qua pars orationis finitur: Duobus anapestis terminatur. Pentametrum elegum constat ex duabus semiquinarijs, ita ut posterius coma duos dactylos habeat, et semipedem. Quidã uero sic scandunt. Tertiũ pedem spondeum faciunt, ut anapesti sequantur, propter quod oportet semipedem prioris commatis longã esse. Alij uero quia duos commata esse dixerunt, uoluerunt breuem esse & prioris commatis semipedem, quia nouissima semper in differe-

DIOMEDIS GRAM.

rens, atq; hoc utuntur exemplo: illo, quod subiit, Aesone  
 natus opus, ita ut semper partem orationis uideatur im-  
 plere. Nam talis pentameter uitiosus erit. Hæc nostræ  
 quoq; sententia mentis erat. Sed et hoc accipiendum est,  
 geminum in epodis hexametro subiungitur, sed ut Ar-  
 chilochus inuenit, et dactylica  $\alpha\beta\gamma\delta\epsilon\zeta$ . Versus ternarius  
 iambicus, quo tragœdiæ & comœdiæ scribuntur, ipso  
 iungitur iambo, & sine auxilio alterius pedis constat,  
 à quo nominatur, sed uarietatis causa, recipit dacty-  
 lum, spondeum, anapæstum, tribrachyn. Fiunt itaque nu-  
 metro quinque, qui conuenienter, prout ratio postulauerit,  
 in se uariantur, sed in sinistris pedibus ipsum debent  
 rapere iambum, aut tribrachyn, aut pyrrhichium. Quar-  
 ta tamen regione, ipsum perpetuo dominum. In dex-  
 tris quemlibet ( ut fors obtulerit ) de supra memoratis.  
 In comœdijs uero latius funditur, licet currat sicut in  
 tragœdijs senarius iambicus. Recipit enim pedes spon-  
 deum & dactylum, anapæstum, proceleusmaticum, tri-  
 brachyn, pyrrhichium, & ipsum in secundo dominum  
 iambum & in dextris pedibus. In comœdia quemcun-  
 que ex his sinistris, tribrachyn, pyrrhichium, & sci-  
 psum aliquando in secundo & in sexto loco. Quarto  
 uero aut ipse, aut proceleusmaticus debet esse, magis in  
 quantum potest, ipse catalexin facit in bacchio. Feritur  
 quoq; senarius iambicus combinatis pedibus, & singu-  
 lis cōbinationibus præponitur quilibet pes, de supra me-  
 moratis quinque. Item subiungitur unus sine dubio ex  
 tribus, id est, tribrachys uel anapæstus, uel ipse dominus.



Nonnunquam etiam pyrrhichium admittit, quia nouis-  
 sima metri syllaba indifferenter ponitur. Ex hoc utiq;  
 deriuatur *oxoluv* in fine claudicans, quoniã expulso pyr-  
 rhichio uersa uice spondeus interponitur, ut pote con-  
 trarius, aduersarij crura frangit. Sæpius autem tertiæ  
 combinationis, secundo pede inuenitur cõmunis syllaba,  
 quæ excipitur à duobus consonantibus, quarum prior sit  
 muta, sequens liquida. Sane huic metro ternario si ac-  
 cesserit quarta dipodia, fit uersus quadratus choriambi-  
 cus, qui quater feritur, eosdem recipiēs pedes, quos iam  
 bicus ternarius æque tragoediæ, comoediæq; conueni-  
 ens, et habet in se catalecticum. In hoc metro tam serua-  
 tur in fine periambus, quàm excluditur pariambus.

Trochaicum metrum recipit pedes quinque, dactylum,  
 spondeum, anapestum, tribrachyn, trochaum, à quo no-  
 minatur. Triplici autem feritur dipodia, et unicuiq; si-  
 ne dubio, pedes tam præponuntur, trochaus, dactylus,  
 tribrachys, quàm subiunguntur. Quilibet de supra me-  
 moratis, quinque pedibus, catalecticon facit, aut in an-  
 phimacro, aut in epitrito quarto. Hoc autē metrum ab  
 iambico distat, quod in illo combinatis pedibus subiungitur  
 unus de tribus, qui ex breui constant, in hoc autē subiu-  
 ngitur quilibet de quinque pedibus. Anapesticum me-  
 trum est, quod aut ipso solo anapesto constat, adiun-  
 ctis cum eo, prout fors tulerit, spondeo, tribrachy, dacty-  
 lo, sed dactylum nunquam recipit in dextris pedibus,  
 uel quenq; ex illis alijs. In sinistris uero quemlibet ex tri-  
 bus, prout res exegerit, extra dactylum, spondeum, tri-  
 brachium,

DIOMEDIS GRAM.

brachium, anapestum, hoc metrum catalexim facit, aut  
 in Ionico  $\alpha\pi\tau\mu\epsilon\tau\beta\sigma$ , aut  $\alpha\pi\tau\epsilon\lambda\lambda\eta\sigma$ , aut in moloſſo,  
 aut hippio quarto, aut choriambo. Scire debemus tu de  
 mum in ultimo trisyllabum hoc metrum admittere, cum  
 in penultimo loco spondeum uel proceleusmaticum ha  
 buerit. Metrum hoc pedes recipit quatuor, dactylum,  
 spondeum, proceleusmaticum, anapestum, a quo nomen  
 meruit. Horum compositio frequens est cum anapesto,  
 per quem plurimum constat. Sed dactylum in dextris  
 tantum pedibus habet. Idem quemlibet ex tribus prout  
 exegerit, id est, spondeum, tribrachyn, tamen dactylus  
 perpetuo dexter, et aliquando subiungitur unusquilibet  
 ex tribus, huius clausula spondeo & dactylo termina  
 tur. Antispasticum metrum componitur antispasto,  
 admittit autem iambicam basim. Et prima quidem re  
 gio primae gressionis antispasticae magnitudinis, omni  
 genere a poetis mouetur, longatur autem a dimetro us  
 que ad pentametrum. Perfectissimum autem est hende  
 casyllabum sapphicum, et hoc quidem acatalecticum est,  
 & habet nouissimam syllabam iambicam. Tetrame  
 trum autem catalecticum perfectissimum est, quod ap  
 pellatur alcaicum. Choriambicum metrum constat  
 choriambo pede quadrato, a quo nomen habet, a dime  
 tro autem in tetrametrum longatur. Feritur per dip  
 dia, in qua antecedit trocheus, sequitur iambus, sed in  
 ter dum priore trochei syllaba in duas breues resoluta,  
 tribrachyn admittit, mediae duae quoque iambicae, optime  
 ponuntur quartae clausulae, id est, ut ultimas pes, aut bac  
 chio,

chio, aut tribrachy terminetur, uel potius iambica dipodia collocatur, in qua antecedit anapestus. Ionicum à maiore, constat homonymo pede. Admittit autem catalexim, & huius metri primo gressionis regio multiformiter uariatur, et brachycatalecton desiderat, à dimetro in tetrametrum longatur. Ionicum quoque à minore, cōstat ex homonyma dipodia, in qua antecedit pyrrhichius, sequitur spondeus uel anapestus, & pyrrhichius. Nonnunquam & uerba breuium syllabarum molossus interponitur. & in dimetris quidem, cum prior basis pentasemos fuerit, id est, temporum quinque, erit sine dubio secunda heptasemos, id est, temporum septem, à dimetro in trimetrum ampliatur. Pæonicum metrum, quod plerique rhythmicum esse dixerunt, constat priore pæone. Admittit uero & quartum creticum et bacchium. Elegantissimum est igitur, cum per singulos pedes pars orationis impletur.

## DE VERSVVM GENERIBVS.

Versuum genera præcipua sunt quinque. Aut enim dimetri sunt, aut trimetri, aut tetrametri, aut pentametri, aut hexametri, sed singulorum plurimæ sunt species. Dimeter est ex inferiore parte hexametri, quæ habet dactylum & spondeum uel trocheum. Huius exemplum est in Horatio: Terruit urbem, quale est & illud, Primus ab oris. Trimeter heroicus ex inferiori parte hexametri. Huius exemplum est, Præmia magna petunt. Tetrameter heroicus ex inferiori parte hexametri. huius exemplum est, Fulmina nubibus obuia torques. Pentameter heroicus ex inferiori

DIOMEDIS GRAM.

parte hexametri. Huius exemplum est, Sparsaq; lumi-  
 nibus polus indicat astra. Hec incisa dicuntur, id est, cō-  
 mata. Quaedā ex inferiori parte hexametri detracta  
 possunt uideri, & de superiori eius parte desecta. Pen-  
 tameter elegiacus, cuius exemplum est, Candida ceru-  
 leo nata Venus pelago. Hic cōstat ex duobus principijs  
 hexametri, recipit inis duos anapestos, uel certe nouis-  
 simo tribrachyn, prædicta ratione ultimarum syllaba-  
 rum. Iambicus qui uersus est comicus, constat ex o uni-  
 bus iābis: ut, Anus, uiren, te se, cta pi, nus ex, agi o. Hic re-  
 cipit spondeos uel alios sui generis pedes, id est, totidē  
 temporum, et si non totidē syllabarū: recipit in i iam  
 spondeos, sed primo et tertio et quinto loco. Vltimū autē  
 periambum aliquando. Iambicus οὐκ ἔστι (qui Hippona-  
 cticus ab autore dicitur) ferē similis superioribus, nisi q̄  
 imo habet spondeum. Huius exemplum est, Ligate gut-  
 tur pendulo canum uinculo. Iābicus colobus, hic de me-  
 tro iābico, syllaba extrema attrita, factus est, cuius ex-  
 emplum in Horatio tale: Trahūtq; siccas machine cari-  
 nas. Si esset, carinulas, esset iambicus uersus perfectus.

Trochaicus senarius est & quadratus, hic si colobus  
 est, septem trochæos habet et semipedē. i. unam syllabā,  
 cuius exemplum tale est: Iam sa, tis ter, ris ui, rente, se-  
 cta, pinus, in agro. Recipit pedes sui generis, qua rati-  
 one de iambico diximus. Fit trochaicus Hipponacti-  
 us, quoniam iambico cognatus. Huius exemplum est: Fe-  
 ste dies amoena luce præpotens salue. hoc sic est, ut si fa-  
 ciat tale: Socratis ligate guttur pendulo canum uinculo.



Quis autem pedes recipit? trochæum et cæteros sui generis pedes, et in ultima spondeum uel trochæum. Asclepiadeum ab autore dictum, eius exemplum est: Mecoenas atavis edite regibus. Hic potest unde ortus est, ad pentameterum elegiacum redigi, addita una syllaba, sic: Mecoenas atavis edite remigibus. Quod tale est, quæ ille illud: Candida cæruleo uesta Venus pelago. Potest asclepiadeus ab hexametro nasci, detracto in medijs partibus dissyllabo uerbo et ultimo, ut si dicatur: Nymborum in patriam, loca foeta furentibus austris. Nymborum in patriam foeta furentibus. Aut illud: Auulsumque humeris caput et sine nomine corpus. Auulsumque humeris et sine nomine. Rursum illi asclepiadeo adde dissyllabum uerbum in medio et ultimo, et facies hexametrum: Mecoenas atavis simul edite regibus olim. Hendecasyllabum sapphicum, quod Sappho poetria inuenit. Exemplum huius tale est: Iam satis terris niuis atque diræ. Superior pars ex trochaico est. Nam si hæc uerba (Iam satis terris) supplementis, facies integrum trochaicum, sic: Iam satis terris uirente secta pinus in agro. Inferior autem uerba hæc (Niuis atque diræ) de principio iambici sunt. denique additis que desunt, iambicus poterit impleri, sic: Niuis atque diræ secta pinus ex agro. Hæc metra quæ ex comatibus constant, uide partes habent, inde et pedes sumunt. Choriambicus, qui constat choriambo pede, qui ex longa et duabus breuibus et longa. Huius exemplum est: Ergo ades huc ambrosia de ueneris palude. Est in Horatio tale: Te deos oro Sybarin, cur properes amando. Recipit hic in

DIOMEDIS GRAM.

in obacchium pedem, qui est ex breui & longis duabus.  
 Archilochium de proximo superiore præcisum. Huius  
 exemplum est: Lydia dic per omnes. Hoc est tale, quæ  
 le si faciās, Cur properes amando, quod magis appare-  
 bit, si sectū sic iūgas, Te deos oro, Sybarim Lydia dic  
 per omnes. sic enim integer est choriambicus. Hende-  
 casyllabum phalecium, à Phaleco inuentum est tale: Vi-  
 di credite per lacus lucrimos. Huius pars prior de hexa-  
 metro est, quam supplebimus sic: Vidi credite per liqui-  
 dos Nereida fluctus. Posterior autem pars à principio  
 iambici est, quam si supplemus, integrum iambicum fa-  
 ciemus, sic: Lacus lucrimos inter lata nauium. Anacre-  
 ontius in Horatio talis est, Sic te diua potens Cypri. præ-  
 cisus hic est de proximo superiore hēdecasyllabo, et ta-  
 le est, quale illud, Vidi credite per lacus. Rursus hende-  
 casyllabus ex isto superiore fieri potest, Sic te diua po-  
 tens Cypri lucrimos. Ergo apparet trisyllabum ab hēde-  
 casyllabo esse detractum, ut anacreontius fieret. Ar-  
 chilochium aliud in Horatio tale est, Soluitur acris hy-  
 ems grata uice ueris & fāioni. Hoc etiam ut fieret ar-  
 chilochium, indita est hexametro syllaba. Nam duas de-  
 nique si inde detrahā, faciām hexametrum, sic: Solui-  
 tur acris hyems grata uice ueris et anni. Alcæicum ab  
 Alcæo inuentore, in Horatio tale est, Vides ut alta stet  
 niue candidum. Hoc est ex duobus cōmatibus. Nam su-  
 perius illud (Vides ut alta) tale est, quale illud in iambi-  
 co, Liburnis. Inferius illud (Stet niue candidum) ta-  
 le est, quale illud in asclepiadeo, Edite regibus. Alcæi-  
 cura

eum illud in Horatio tale est, Pones iambis siue flamma.  
 Hic si addas uerbum, torrida terga, apparebit hoc alcaicum ab iambo esse præcisum. Alcaicum aliud in Horatio tale est, Vsq; meis, pluuioſq; uentos. Hic ne fieret hexameter ultra mediũ, duæ dictiones exceptæ sunt, quas si uelis reddere, supplebis hexametrũ, Vsq; meis pluuioſq; coërcet numine uentos. Archilochium aliud in Horatio tale est, Nullum V are sacra uite prius seueris arborem. Hinc tolle duo uerba, scilicet disyllaba iuxta principium, et facies asclepiadeum, sic: Nullam uite prius seueris arborem. hoc enim tale est, quale illud, Mecænas at aus edite regibus. Ergo apparet quod Archiloch<sup>9</sup> amputauerit dimetrum ex Archilochio, ut est, Capiunt seras & aptant. hoc tale est, quale illud, Vice ueris & fauoni. Glyconicum ex iambico dimetrum in Horatio tale est, Non ebur neque aurum, hoc ex inferiore iambici parte præcisum est. Nã si reddis ei principia, supplebis iambicum sic, Ibis liburnum, non ebur, neque aurum. Ionicus ἰωνικός & dicitur, quia hic pes constat ex duabus breuibus & duabus longis. huius exemplum in Horatio est, Miserarum est neque amori dare ludium. Ionicus ἰωνικός & superiori contrarius. Nam ex duabus longis & duabus breuibus constat, cuius exemplum, Pansa optime, diuos cole, si uis bonus esse. Hic & Sotadicus uocatur, quia Sotades eo plurimum usus est.

Archilochium ex iambici parte priori, in Horatio tale est, Vt prisca gens mortalium. Huic si inferiora restituas, quæ Archilochus amputauit, facies iam  
 bi

DIOMEDIS GRAMMAT.

bicum plenum sic: Vt prisca gens mortaliū uitam trahit. Archilochium aliud in Horatio tale: Scribere uersiculos amore perculsum graui, satis apparet priorem partem hexametri esse, posteriorem ex iambico. Nam illud (scribere uersiculos) est tale, quale, Arma uirumq; cano. Illud autem quod est (amore perculsum graui) tale est, quale, Vt prisca gens mortaliū. De hoc supra dictum. Archilochus et ita metra confecit, ut iambico detraheret syllabam, et faceret uersum talem, Iuppiter saluis arbiter meæ. Erit iambicus plenus hoc modo: O Iuppiter salutis arbiter meæ. Anapesticus, qui anapestis constat pedibus, talis est in Sereno: Cede testula irrita, sol occurrit tibi per speculum panope. hic recipit pedes sui generis, de qua re supra diximus. Anapestus autem fit ex duabus breuibus et longa. Anapesticum carmen habemus in Horatio, Audax nimium qui freta primus. Admiscetur huic propter gratiam uarietatis dimeter heroicus. Nam tale est (Qui freta primus) quale, Terruit urbem. In cætero recipit hoc metrum spondeos & alios sui generis pedes. Archilochus etiam de iambico colobo facit comma tale, Huc ades Lyæ. quod tale est, quale illud, Machinæ carinas. Et potest suppleri iambicus colobus sic, Trahunt que siccas, huc ades Lyæ. Dimetrum heroicum ex superiori parte hexametri factum, ut sunt illa, Scribenti mihi, Præmonstra dea. Hic enim duo pedes sunt de principio hexametri. Trimeterum ex superiore parte hexametri tale, Musæ Pierides meæ. Sed idem Anacreontium est, de quo supra diximus. nam si-

mi



mile est illud, quod posueramus exemplum, Sic te diua  
 potens Cypri. Tetrametrum heroicum ex superiore  
 sic est: Optima mente tibi fero munera. Hic si addas du-  
 os pedes, id est, Terruit urbem, hexameter implebitur.  
 Pentameter quoque heroicus fit ex superiore parte he-  
 xametri sic, Fonteis & gelidi uada fluminis accolo. Hic  
 perspicuum est, unum pedem deesse, quo minus fiat he-  
 xameter. Heptametrum heroicum fieri solere, si dixe-  
 ro, ridiculum quibusdam uidebitur, sed exemplum tale:  
 Clio cui dedit ingenium demente libidine iunctum. Ve-  
 nusinus inuenit addita syllaba ad iambicum, sic: Summ<sup>9</sup>  
 apex qui regum regias refregit. huic si demas ultimam  
 syllabam, erit iambicus, de quo saepe memoratum est.

Angelicum metrum, celeritate nuntijs aptum, Stesi-  
 chorus inuenit. Id tale est, Incidi patulum in specu, Pro-  
 cumbente Priapo. Prius comma ex inferiori parte sup-  
 plebitur sic, Ibis liburnis, incidi patulum in specum. Po-  
 sterius comma ex inferiori parte hexametri supplebi-  
 tur sic, Arma uirum' que cano, qui procumbente Priapo.

Anapesticum trimetrum fit incisioe, cuius exempla  
 haec sunt: Agite o pelagi cursores, Cupidi pateram por-  
 tate. Sunt hic bini anapestici pedes, qui recipi solent. In  
 uno autem palimbacchius est, qui constat ex duabus lon-  
 gis & breui. In altero molossus, qui constat ex tribus lon-  
 gis. Alienum autem pedem metra nisi recipiant, modus  
 non facile finitur, ut rhythmus magis quam metrum u-  
 deatur. Varro dicit inter rhythmum (qui latine nume-  
 rus uocatur) & metrum id interesse, quod inter mate-  
 ri

## DIOMEDIS GRAM.

riam & regulam. Dimeter ex heroico sotadico solet fieri talis, *Vives ex marmore pulchro. Hoc tale, Optime diuos cole, si uis bonus esse.* Proceleusmaticum est, quale fecit Sercnus, *Anicula tenera propter iter obijt.* hoc constat ex proceleusmatico pede, qui est ex quatuor breuibus. Immo recipit trisyllabum pedem incertum, quem quidem in ultima syllaba uarium obseruandum esse, supra dictum est. Moloëticum metrum mihi durissimum uidetur. huius exemplum dat Cæsius Bassus tale, *Romani Gallis deuictis sunt uictores, qui moloëticus constat ex tribus syllabis longis.* Hunc sane uersum similitimum purto illi hexametro qui spondaicus dicitur. Nam & hic similiter duodecim syllabas longas habet. Cretici uersus hoc exemplum est, *Alma lux rosida prima flamma nitens.* Mi sat est dixisse, creticum ex longa & breui et longa esse, qui & amphimacros nominatur. Antibacchi uersus huiusmodi est, *Nati beati parens nepotes.* Huius facilis partitio, quum sciamus pedem ipsum constare ex duabus longis & breui. Bacchicum metrum est tale, *Baccare præcinge frontem.* Hi mihi uidentur magis ad profam conuenire. Et sanè multis pedibus in oratione utimur, licet stulti putent liberam à uinculis pedum profam esse debere. Archebulum metrum, ubi hexametro prima syllaba ablata, & ab ultima tertia, est factum tale:

*Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit hædus.  
Restitue syllabas, et impletis hexametrum, sic:*

*Nā tibi nascit omne pecus, tibi crescit et hæd<sup>9</sup>.*

Tri

Trimeter heroic<sup>9</sup> ex inferiore, quod supra dixi, sed hoc  
 Serenus nouum facit, hoc modo: Tuli telus amisso tule.  
 Vide, hic præposita est una syllaba. Nam si esset tale,  
 Respauis amisso tule, manifeste tres pedes essent, quos  
 habet pars prior hexametri. Gallijambum metri est,  
 quod apud Meccœnatem tale est, Ades (inquit) ô Cybel=  
 le. Simile est illi, Veris & fauoni. Inferius comma supe  
 riori simile esset, nisi amisset ultimam syllabam. Gal  
 lijambum aliud ex ipso factum, ei similitimum esset, nisi  
 quod eneruatius fieret et mollius, secunda aut tertia ab  
 ultima syllaba in duas breues geminata est, & factum ta  
 le: Latus horreat flagello, comitum chorus ululet. Si es  
 set sic, Comitum chorus ulet, esset illi simile, Fera monti  
 um dea. Cæterum quod eneruatius diximus, simile est il  
 lud neotericum, quod est tale, Rutilos recide crines, ha  
 bitum cape uiri. Hoc simile est illi, de quo paulo ante dis  
 putauimus, quod fuit tale, Latus horreat flagello, comitum  
 chorus ululet. Septenarium uersum Varro fieri dicit  
 hoc modo, cum ad iambicum trimetrum pes trisyllabus  
 additur, & fit tale, Quid immerentibus nocēs? quid in  
 uides amicis? Similis in Terentio uersus est: Nam si re  
 mittent qui ppiam Philomœ dolores. Et in Plauto sæ  
 pius tales reperiuntur. Octonarius est, ut Varro dicit,  
 cum duo iâbi pedes, iâbico metro præponuntur, et fit uer  
 sus talis, Psalmos meus docēs docēdo qui docet dicit do  
 cens. Tolle huic primos duos pedes, et erit talis, quale il  
 lud, Ibis liburnis inter alta nauū. Trimeter heroicus ex  
 superiore iâbico fit, ut diximus, sed hūc Varro ex archilo  
 chio

DIOMEDIS GRAM.

chio auctum dicit, adiuncta syllaba, et factum sic, Omnipotente parète meo. Huic si auferas ultimam syllabam, erunt tales tres pedes, quos prior pars hexametri recipere consuevit: ut, Panditur interca domus. Archilochium trimetrum, ex inferiori parte hexametri, Varro illud dicit, quod est tale, Ex littoribus properantes. Simile est illi, Troiæ qui primus ab oris. Inferius comma quod est tale, Nauibus recedunt, simile est illi quod est, Machinæ carinas. Dimetrum, quod est ex superiore parte hexametri, Archilochus una syllaba auxit & fecit tale, quale est in Horatio, Arboribusq; comæ. & illud, Arma uirumq; cano. Denique detrahe ultimam syllabam, & erunt duo pedes, qui priorem hexametri partem habent. Dimetrum, quod ex inferiore parte hexametri Archilochus auxit, præposita una syllaba, imò duabus, quæ proua sunt, & semipedem faciunt, & est tale, Noua munera diuum. Hic tolle semipedem, & erit, Munera diuum. Hoc simile est illi, Terruit urbem. Aliud de quo dicam, Archilochium, ut Horatius, Niuës que deducunt Iouem, nunc mare, nunc syluæ. Hic superioris comma ex principio iambici, inferioris ex principio hexametri. Plerique facerent talem rhythmum, Et medijs properas aquilonibus ire per altum, Littus ama. Hic utrunque comma ex superiore parte hexametri est. Sed illud superioris quod est tale, Et medijs properas aquilonibus, tetrametrum heroicum. Reciprocus uersus apud neotericos talis est, Volo liber tua prædicentur acta, acta prædicentur liberi tua liber uolo. Versus So



tadicus est ex utraque, sed durus, ut ad recursum possit  
conuenire. De Sotadico iam dictum. Reciprocus uer-  
sus alter huiusmodi est, Esse bonus si uis, cole diuos opti-  
me Pansa, Pansa optime diuos cole, si uis bonus esse. Hic  
in procursu hexameter est, in recurso Sotadicus. Re-  
ciproci genus metri inuenerunt oia curiosa. Nam re-  
pertum est, hexametrum posse per hexametrum recur-  
rere in illo uersu, Musa mihi causas memora, quo nani  
ne leso, Leso numine quo, memora causas mihi musa.  
Reciprocum neoterici, si non fallor, nouum protule-  
runt per duos uersus:

Nereides freta sic uerrentes cerula tranant,

Flamine fidentes per mare ueliuolum:

Veliuolum mare per, fidentes flamine tranant,

Cerula uertentes sic freta Nereides.

Hic & in currentibus & in recurrentibus uersibus, pri-  
ores hexametri sunt, posteriores elegiaci. Reciprocus  
item talis est, Pio precare thure coelestium numina, Nu-  
mina coelestium thure precare pio. Hic procurrit iam-  
bicus, recurrit elegiacus. Sed iambicus recipit post no-  
nam syllabam inter sitam, ut possit recurrere. Iambicus  
hexameter fit, quum iambo terminatur, et fit talis: Per  
uarios semper currunt mea carmina modos. Dimeter ex  
tali iambico, Fulmina nubibus obuia manent. Si esset in-  
hoc uerbum, Torques, esset tetrameter ex heroico. Pen-  
tameter ex tali iambicus fieri potest talis, Undiq; de no-  
minibus ponis indicat et uilis, & imò astro ponere ubi  
est. Item facies pentametrum heroicum ex inferiori.

## DIOMEDIS GRAM.

Serenus fecit huiusmodi uersum: Qui nauigum nauicu  
 la aufers, picenæ marginis acta. Superius comma est  
 ex anapestico chorico, de quo supra dictum est. Nam  
 hoc, Qui nauigū nauicula aufers, simile est illi: Audax  
 nimium qui freta primus. Inferius cōma, quod est tale,  
 Picenæ marginis acta, simile est illi, Troiæ qui primus  
 ab oris. Sereni aliud tale est, Pingere calumbicū est gra  
 pbidem dare pentenolata. Superius cōma est tetrame  
 trum heroicū ex superiore, posterius comma est dimi  
 diū elegiaci. De quibus plenissime est disputatū. Sereni  
 aliud tale, Quod si uirgo feruens reseret curat claustra  
 puerperij. hic si unū semipedē detrahas, erit simile pro  
 ximo superiori. Sereni cōma huiusmodi fecit in his & si  
 culis insonito septenarius cadens. Dimetra hæc ex epi  
 trito sunt, epitritus aut pes cōstat ex longa & breui &  
 duabus lōgis. posterior est ut iābus aut periābus. iābico  
 nouū carmen refert Varro. Exemplū est tale, pedū rhy  
 thnumq; finit si addas hic quæ detracta sunt, & iambo  
 eundē iambicum supplebis, sicut pedem rhythmumq; fi  
 nit, alta nauiū, potest cōma tale eē, quale illud, Nā si re  
 mittēt quippiam Philomenæ dolores, quod ex iambico  
 septenario. & illud est comma quod Arbitr fecit tale,  
 Anus recoctauino, tementibus labellis.

## DE FLACCI HO

ratiij metris.

**M**etra etiam, quæ Horatiij corpus cōtinet, quod  
 carminum inscribitur, necessario compendi  
 sa diligentia inserere studuimus. Sane attendendum hoc  
 fū

fuit, ut scires in omni metro uel maxime lyrico, nouissimas uersuum syllabas, siue longæ, siue breues naturaliter fuerint, indifferenter ex consuetudine omnium poni, ne te moueat, cum aut longam pro breui, aut breuem prolonga positam repereris.

Prima ode metrum asclepiadeū habet, Meccenas at auis edite regibus. Scanditur uero sic ( & dicitur πινθημα κρησ, spondeus, dactylus, semipes, dactyli duo) Meccenas at auis, edite, regibus. Alij sic scandunt, spondeus, choriambi duo, pyrrhichius: Meccenas at auis, edite, regibus. Hoc metrum ab elegiaco tractum est, una syllaba detracta, quam si reddideris, uel in secūda, uel in tertia ab ultima syllaba, erit uersus elegiacus, sic: Meccenas at auis edite remigibus. Item si huius nouissimam syllabam dempseris, erit hendecasyllabum phalecium. Secunda ode Διλλω & metro sapphico, quod est pētametrum hendecasyllabum, scripta est, et sunt eius uersus tres pares. Recipiunt autem singuli, quatuor hos pedes binarium syllabarum, trochæum, spondeum, trochæum, iambum, & trisyllabum bacchium, et scanditur sic:

Iam satis ter, ris niuis at que diræ.

Quartus qui breuis est, recipit σροφην & κήλον, Δακτυλῶν Ἀποδια appellatur, & scanditur sic, dactylus, spondeus: Terruit, urbem. Alijs uero hoc metri ū his pedibus placuit constare, epitrito secundo & choriābo et bacchio, & feritur sic: Iam satis ter, ris niuis at que diræ. Hoc metrum catalecticum est, quoniā illi syllaba deest, quo minus possit referri κατὰ Ἀποδιαν, Tertia ode Διλλω,

DIOMEDIS GRAMMAT.

Horatianum metrum habet, cuius prior uersus glyconi-  
 cus, recipit tres pedes, spondeum, choriambum & iam-  
 bum: Sic te, diua potens, Cypri. Alter uero asclepiade-  
 us & πενθημιμετρος appellatur, spondeus, dactylus, semi-  
 pes, dactylus, dactylus sic: Sic fra, tres Hele, nae, lucida,  
 sydera. Quarta ode, διωνηθη, metrum phalecium ha-  
 bet, et constat prior uersus tetrametro heroico et ex tri-  
 bustrochæis, sic: dactylus, dactylus, spondeus, dactylus,  
 trochæi tres, sic: Soluitur, acris hy, ems gra, ta uice, ue-  
 ris, & fa, uoni. Alter uero ex penthemimere iambica et  
 tribus trochæis, sic: Trahant, q; sic, cas machi, nae, cari-  
 nas. Quinta ode τριμωρος, Horatianum metrum habet,  
 et per quaternos uersus scanditur. Nam ex duobus ascle-  
 piadeis, et tertio pherecratio, & quarto glyconico con-  
 stat. Asclepiadeum scanditur ut supra diximus (nae due  
 πενθημιμετρος & due διποδικοι sunt δοκτυλακοι) sic, spon-  
 deus, dactylus, semipes, dactylus, dactylus: Quis mul-  
 ta graci, lis, te puer, in rosa. Sic & secundus. Pherecra-  
 tium autem est trimetrum heroicum, spondeus, dactylus,  
 spondeus: Grato, pyrrrha sub, antro. Item glyconicum,  
 ex spondeo & choriambo & iambo, sic: Cui fla, uam re-  
 ligus, comam. Sexta ode διωνηθη, metrum Horatia-  
 num habet. Constat autem ex tribus uersibus asclepiade-  
 is, de quibus supra diximus, sic: Scribe, risuari, o, fortis  
 & hostium. & quarto glyconico. Constat autem spon-  
 deo & choriambo et pyrrhichio, sic: Miles, te duce ges-  
 serit. Alij uero uocæ τριποδικοι δοκτυλακοι scandunt sic,  
 spondeus, dactylus, dactylus. Miles, te duce, gesserit. Se-  
 pti



ptima ode Δικωλῶ, metrum archilochium habet, quod  
constat hexametro heroico et tetrametro, sic: sponde-  
us, dactylus, spondeus, dactylus, dactylus, spondeus: Lau-  
da bunt ali, i claram Rhodon, aut Mitylene. Alter ue-  
ro sic: dactylus, dactylus, dactylus, spondeus. Aut Ephe-  
sum bima, ris' ue Corinthi. Octava ode Δικωλῶ, me-  
trum habet Anacreontium et Alcaicum. Scanditur ue-  
ro sic anacreontium ex choriambo et bacchio, interdū  
anapesto: Lydia dic, per omnes. Item Alcaicum con-  
stat ex hippio seu epitrilo secundo, et duobus choriām-  
bis et bacchio, sic: Te deos o, ro Sybarin, cur properes,  
amando. Nona ὠδή τρικώλος, metro constat Horatia-  
no, et scanditur per quaternos uersus, nam duos alcaicos  
διὰ κατὰ λικτικόν, tertium ὑπὲρ κατὰ λικτικόν, quartum Pinda-  
ricum habet. ἀκατὰ λικτικοὶ scanduntur sic: Epitritus ter-  
tius, siue etiam dijambus, Ionicus ἀπὸ μίτρον, dacty-  
lus: Vides ut alta stet niue, candidum. ὑπὲρ κατὰ λικτικὸς  
sic, Epitritus tertius bis, semipes: Sylue labo, rantes ge-  
lu, φ. Quartus sic, dactylus, choriambus, bacchius. Flu-  
mina, constiterint, acuto. Hoc metrum ab Horatio com-  
positum, alio genere scanditur, quod constat ex duobus  
alcaicis, primus et secundus uersus ac penthemimere  
iambica et duobus dactylis. Tertius ex epitrilis duobus  
et syllaba. Quartus ex dimetro et heroico et dimetro  
trochaico. Decima ode Δικωλῶ, Sapphicum metrum  
hendecasyllabum habet, et per quaternos uersus procur-  
rit. Tribus prioribus scanditur trochæo, spondeo, tro-  
chæo, iambo et bacchio, sic, Mercuri fa, cunde, nepos,

DIOMEDIS GRAM.

Atlantis. In hunc modū sunt sequētes duo uersus. *Quar*  
 to recipit strophē, uel nicē celicon dimeteon, sic: dactylus, spondeus. More p. a. lastræ. Undecima ode pha  
 leciū metrum habet, et constat uersibus, qui sic scandun  
 tur: spondeus, dactylus, semipes, dactylus, semipes, duo  
 dactyli: Tu ne, quæ sit, ris, scire ne, fas, quæ mihi, quæ ti  
 bi. Duodecima ode *διωνανος*, Sapphicū metrum habet,  
 quod ut supra diximus, scanditur: Quæ ui, rum aut he,  
 roa, Lyræ, uel acri. XIII. ode asclepiadeū metrū habet,  
 & per bimos uersus scāditur. Alter penthemimeres ap  
 pellatur, spondeus, dactyli duo: Cū tu, Lydia, Telephi. Al  
 ter ut prima ode scanditur. XIII. ode Horatianum  
 metrū habet, & per quaternos uersus scanditur, duos, &  
*πυθυμικαίς* appellatur: et duos qui *ἀποδίαξ* *δοκτυαίαι*  
 differenter sic: spondeus, dactylus, semipes, dactylus, dactylus:  
 O na, uis re, ferent, in mare, te noui. Cetera ut *qu*  
 ta. Decima quinta ode idem metrum habet, et per qua  
 ternos uersus scanditur, sed tres *πυθυμικαίς*, unum qui  
 tripodiam dactylicam appellatur: spondeus, dactylus, semi  
 pes, dactyli duo. Pastor, cum traheret, per freta, nauis  
 bus. Decima sexta ode alcaicū metrū habet, quod ut su  
 pra diximus, scandit sic: hippius tertius, semipes, choriā  
 bus, iambus. O mater pulchra, filia pulchrior. Aliter sic  
 scanditur ex alcaicis tribus, & constat unus ex penthe  
 mimerē iambicā & dimetro heroico, eodem modo et al  
 ter. Tertius uero ex duobus epitritis tertijs & una syl  
 laba. Quartus qui strophē claudit, constat ex dimetro  
 heroico et dimetro trochaico. Decima septima ode su  
 pra

pra dictum metrum habet, & similiter utroque genere scanditur: *VeloX amœ, num, sœpe lucra, tile.* Decima octava olephaleciũ uel choriambicum metrum habet, quod constat spœdo et tribus choriambis & pyrrhichio. *Nul lam, V are sacra, uite prius, seueris ar, borẽ.* XIX. ode Horatianum metrum habet, et constat ex glyconico & asclepiadeo, quod supra scriptum est ode tertia. Alio autem genere scanditur per binos uersus, quorum unus est tripodiam dactylicam, alter pœthemimeres. *Mater seu a cupidinum.* Vicecima ode sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus, scanditur: *Vile, pota, bis mo, dice, Sabinum.* Vicecima prima ode metrum Horatianum habet, & per quaternos uersus scanditur, quorum duo constant ex asclepiadeis, tertius pherecratio, quartus glyconio. Alij uero sic scandunt, duæ pœthemimeres, et duæ tripodiam dactylicam, *Dianam tene, ræ, dicite, uirgines.*

XXII. ode idem metrum habet quod secunda, & per quaternos uersus scanditur. Sed XXIII. pœthemimeres, unum qui tripodiam dactylicam dicitur, qui glyconico metro constat: *Quis de, sideri, o, sit pudor, aut modus?*

XXIII. ode alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus, scanditur: *Musis ami, cus tristiti, am & metus.* Vicecima quarta ode idem metrum habet, & similiter scanditur: *Natis in u, sum lætiti, æ scyphis.* XXVI. ode hexametro & tetrametro dactylis constat: *Te maris, & ter, ræ nume, roq; ca, rentis ha, renæ & c.* Vicecima septima ode sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus, scandit: *O Ve, nus re, gina, Gnidi, Paphiq;* XXVIII. ode



DIOMEDIS GRAM.

metrum alcaicū habet, quod ut supra diximus, scandit.  
 Qui dedica, tū poscit A, pollinē. Vicesima nona ode  
 sapphicū metrū habet, quod ut supra diximus, scandit:  
 Posci, mus si, quid uia, cui, sub umbra. Tricesima ode  
 asclepiadeū metrum habet, et per quaternos uersus scā-  
 ditur, ex quibus tres pēthemimeres, quart<sup>o</sup> tripodia ap-  
 pellatur: Albi, ne dole, as, plus nimi, o memor. Trice-  
 sima prima ode alcaicū metrū habet, quod ut supra dixi-  
 mus, scandit: Parcus deo, rū cultor, & infrequēs. Tri-  
 cesima secunda ode asclepiadeū metrū habet, per binos  
 uersus scanditur, ex quibus unum tripodia dactylice, alter  
 πρὸς τὴν ἀρχὴν appellat: Et tu, re et fidibus, iuuat. Trige-  
 sima tertia ode alcaicū metrū habet, quod ut supra dixi-  
 mus, scāditur: Nūc est biben, dū, nūc pede, libero. Tri-  
 cesima quarta ode sapphicū metrū habet, quod ut supra  
 diximus, scāditur: Per si, cos o, di pu, er ap, paratus.

ΩΔΑΙ LIBRI SECVNDI.

**P**rima ode alcaicū metrū habet, quod ut supra di-  
 ximus, scandit. Motū ex Metel, lo cōsule, ciuium.  
 Secunda ode sapphicū metrū habet, quod ut su-  
 pra diximus, scanditur. Nullus, argen, to co, lor est, aua-  
 ris. Tertia ode metrum alcaicū, constat ex penthemi-  
 mere iambica & duobus dactylis. Aequā, memen, to, re-  
 bus in, arduis. Quarta ode sapphicū metrū habet, qd  
 ut supra diximus, scandit: Ne sit, ancil, le ti, bi amor, pu-  
 dori. Quinta ode sapphicū metrum habet, quod ut su-  
 pra diximus, scāditur. Septi, mi ga, des ad, it u, re me cū.  
 Sexta ode alcaicū metrum habet, quod ut supra dixi-  
 mus,



mus, scanditur. Nondū suba, eta, ferre iu, gū ualet. Se-  
 ptima ode alcaicū metrū habet, quod ut supra diximus,  
 scanditur. O sepe me, cū tempus in, ultimum. Octaua  
 ode sapphicū metrū habet, quod ut supra diximus, scan-  
 ditur. Vlla, si iu, ris ti, bi pe, ierati. Nona ode alcaicū  
 metrū habet, quod ut supra diximus, scanditur: Nō sem-  
 per in, bres nubib<sup>9</sup>, hispidos. Decima ode sapphicum  
 metrum habet, quod ut supra diximus, scanditur. Re-  
 et, us ui, ues Li, cimi, neq; altum. Undecima ode alca-  
 cum metrū habet, quod ut supra diximus, scandit. Quid  
 bellico, sus Cātaber, & Scythes. Duodecima ode ascle-  
 piadem metrum habet, quod per quatuor uersus scandi-  
 tur. Nam tres *πυθιαίαι*, quart<sup>9</sup> dipodia dactylice ap-  
 pellatur. Nolis, longa se, ra, bella Nu, mantie. Decima  
 tertia ode alcaicum metrum habet, quod ut supra dixi-  
 mus, scanditur. Ille et ne fa, stote posu, it die. Decima  
 quarta ode hoc idem metrum habet, & similiter scandi-  
 tur. Heu heu fuga, ces Posthume Posthume. Decima quin-  
 ta ode sapphicum metrum habet, & similiter superiori-  
 bus scanditur. Oci, um di, ues ro, gat in, patenti. Deci-  
 ma sexta ode habet metrum alcaicum, quod similiter su-  
 pradictis scanditur. Cur me quere, lis exani, mas tuus.

Decima septima ode metrum habet, quod ab Horatio  
 compositum dicitur, & per bimos uersus scanditur, ex  
 quibus unus trochaicus trimeter appellatur, alter pen-  
 tameter iambicus hypercatalecticus dicitur, sed uterq;  
 pedem postremum debet habere longiorem. Scanditur  
 autem sic: Non e, bur ne, que aureum. Item iambicus sic:  
 s s Med,

## DIOMEDIS GRAMMAT.

Mea, reni, det in, domo, lacu, nar. Accedēte scilicet iam bica lege, quam referemus in ἰπὸδῶν libro, cū iambicos uersus coeperimus exponere. Decima octaua ode alcaicum metrum habet, quod alcaici supradicti modo scanditur. Bacchum in remo, tis carmina, rupibus. Decima nona alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus, scanditur sic: Non usita, ta nec tenu, i ferar.

### ΩΑΑΙ ΤΕΡΤΙΙ ΛΙΒΡΙ.

**P**rima ode alcaicum metrum habet, quod similiter scanditur: Odi profa, num uulgus et, trceo. Secunda ode asclepiadeum metrum habet, et per quaternos uersus scanditur. Nam duae penthemimeres, duae dipodia dactylicae insunt: Quid fles, asteri, e, quem tibi, candidi.

Tertia ode sapphicum, Marti, us coe, lebs, quid agam, calendis. Quarta ode asclepiadeum metrum habet, et per binos uersus scanditur. Nam unus dipodia dactylice, alter penthemimeres inest, Donec, gratus eram, tibi. Quinta ode asclepiadeum metrum habet, et per quaternos uersus scanditur. Nam tres penthemimeres, quartus dipodia dactylice: Extre, mum Tana, im, si bibe, res Lyce. Sexta ode sapphicum metrum habet, quod ut supradiximus, scanditur: Mercu, xi nam, te do, cilis, magistro. Septima ode Ionicum metrum habet, et per singulos uersus scanditur: Miserarum est, neq; amori, dare ludum. Omnes tres pedes ionici sunt, qui ἀπὸ τῶν ἰωνίων appellamur. Octaua ode asclepiadeum metrum habet, et per quaternos uersus scanditur. Nam duae penthemimeres & duae dipodiae dactylicae insunt: O fons, blādusi, e,  
splen

splendidi, or uitro. Non a ode, sapphicū metrū habet, quod, ut supra diximus, scandit: Hercu, lus ri, tu mo, do di, et us o plebs. Decima ode, asclepiadeū metrum habet, & per binos uersus scanditur. Nam unus *ἀσκληπιάδεος* dactylice, alter *πενθήμερος* inest: Vxor, pauperis I, bici.

Vndecima ode, asclepiadeū metrū habet, & per quaternos uersus scanditur. Nam tres *πενθήμεροι*, quartus tripodiam dactylice inest: Inclu, sam Dana, en, turris a, bene. Duodecima ode, alcaicū metrū habet, quod, ut supra diximus, scanditur: Aeli uetu, sto nobilis, ab La mo. XIII. ode, sapphicū metrū habet, qđ, ut supra, scāditur: Faune, Nympha, rū su, gien, tū amator. XIII. ode, asclepiadeum metrum habet, & per binos uersus scanditur. Nam prior dipodia dactylica, sequens *πενθήμερος* inest: Quā tum, distat ab I, nacho. XV. ode, sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur: Non ui, des quan, to mo, ueas, periclo. XVI. ode, alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur: Onata me, cū consule, Manlio. XVII. ode, sapphicum metrum habet, quod scanditur ut supra: Mō ti, um cu, stos me, morum, q, uirgo. XVIII. ode, alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur: Caelo supi, nas si tute, ris manus. XIX. ode, asclepiadeum metrum habet, & per binos uersus scanditur: Nam unus dipodia dactylice, alter penthemimeres inest: In ta, etis opulen, tior. XX. ode, hoc idem metrū habet, & similiter scāditur: Quo me, Bacche rapis, tui.

XXI, alcaicum metrum habet, de quo supra di  
ctum

DIOMEDIS, GRAM.

Etum est, & scanditur: Vixi puel, lis nuper i, doneus.

XXII. ode sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur: Impi, os par, ræ re, cinen, tis omen.

XXIII. ode asclepiadeum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur. Nam unus dipodia dactylice, alter penthemimeres inest. Festo, quid potius, die.

XXIII. ode alchaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur: Tyrrhena re, gum progener, es tibi.

XXV. ode asclepiadeum metrum habet, quod singulis uersibus scanditur, penthemimeres appellatur: Exc, gi, monimen, tum ære peren, nius.

ΩΔΑΙ LIBRI QVARTI.

**P**rima ode asclepiadeum carmen habet, & per binos uersus scanditur: Nam primus dipodia dactylice, alter penthemimeres inest: Inter, missa Venus, diu.

Secunda ode sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur: Pinda, rum quis, quis stu, det æ, mur lari. Tertia ode asclepiadeum metrum habet, & per duos uersus, quorum alter dipodia, alter penthemimeres, scanditur: Quem tu, Melpome, ne semel. Quarta ode alchaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur: Qualē mini, strum fulminis. Quinta ode, asclepiadeum metrum habet, & per quaternos uersus scanditur: Tres enim penthemimeres, quartus dipodia dactylice inest: Diuis, orte bo, nis, optime, Romule. Sexta ode, sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur: Diue, quem pro, les Ni, obe, à magne. Septima ode, asclepiadeum metrum habet, quod, ut supra diximus,



mus, & per binos uersus scāditur, ex quibus unus hexa-  
 meter. Diffu, gere ni, ues rede, unt iam, gramina, cam-  
 pis. Alterū dipodia dactylica & semipes, Arboribusq;  
 com.e. Octaua ode, asclepiadeū metrū habet, & per  
 singulos uersus pēthemimeres scāditur: Dona, rem pa-  
 te, ras, grataq; cōmodius. Nona ode, alchaicū metrū  
 habet, quod, ut supra diximus, scanditur: Ne forte cre-  
 das interi, tura que. Decima ode, phaleciū metrū ha-  
 bet, & per singulos uersus scāditur: O cru, delis adhuc,  
 et Veneris, muneribus, potens. Undecima ode, sapphi-  
 cum metrū habet, quod, ut supra diximus, scāditur: Est  
 mi, hi no, num su, per an, tis annum. Duodecima ode, a-  
 sclepiadeum metrū habet, & per quaternos uersus, tri-  
 bus pēthemimeres, quarto dipodia dactylice scanditur:  
 Iam ue, ris comi, tes, que mare, tēperant. Decima ter-  
 tia ode, hoc idem metrū habet, & per quaternos uersus  
 scāditur, duo penthemimeres, duo dipodiam dactylicen  
 habēt. Audi, uerelyce, dij mea, uota dij Decima quarta  
 ode, alchaicū metrū habet, quod, ut supra diximus, scan-  
 ditur: Quae cura pa, trum quae' ue Qui, ritium. Deci-  
 ma quinta ode, hoc idem metrū habet, & similiter scan-  
 ditur: Phoebus uolen, tem praelia, me loqui.

Ω Δ Δ Ι LIBRI QVINTI.

qui Epodon inscribitur.

**P**rima ode, iambicū metrum habet, & per binos  
 uersus scāditur. Nam unus iambicus hexameter,  
 uel trimeter (si cum cōpositis uel quadratis uersibus scā-  
 das) dicitur, Alter tetrameter, si cum simplicibus, dime-  
 ter si

## DIOMEDIS GRAM.

ter si cum cōpositis uersibus scāditur, ut hexametrum faci-  
 cias, sic scādas: i bis, libur, nis in, ter al, tana, uium. Ante  
 oīa tamē meminisse debemus uitū non esse in eiusmodi  
 uersibus, si primus pes, tertius, et quintus spondei inter  
 ceteros iambos occurrēt. Aliquādo aliqui ex tribus, ali-  
 quādo nullus, et erit syncerus iambicus, nō q̄ ita appella-  
 tur, sed utiq; sine alienis pedibus, id est, sine spondeis in  
 secūdo aut quarto et sexto pedibus. Si quādo spondei, a-  
 lijs locus inueniuntur, uitiosum uersum pronuntiamus.  
 Hoc et in tetrametro obseruabimus, ut primū pedē et  
 tertiu spondeū, si quādo occurrit, recipiamus, secundū  
 et quartū iambos reseruemus. II. ode, hoc idē metrum  
 habet, et similiter scāditur: Bea, tus il, le qui, procul, ne-  
 go, tijs. III. ode, hoc idē metrum habet, et similiter scā-  
 ditur: Parē, tis o, lim si, quis im, pia, manu. IIII. ode, hoc  
 idē metrum habet, et similiter scanditur: At ō, deo, rū q̄s,  
 gs in, coelo, regis. V. ode, hoc idē metrum habet, et simili-  
 ter scāditur: Quid im, merē, tes hos, pites, uexas, canis.  
 VI. ode, hoc idem metrum habet, et similiter scanditur:  
 Quo quo, sceles, tiriui, tis aut, cur dex, teris. VII. ode,  
 hoc idē metrum habet, et similiter scāditur: Roga, re lō,  
 go pu, tidā, te se, culo. VIII. ode, hoc idē metrum habet, et  
 similiter scāditur: Mala, solu, tana, uis ex, it a, lite. X.  
 ode, hoc ipsum genus metri habet, quod ab Horat. cōposi-  
 tū est, et per bimos uersus scāditur. Nā primus hexame-  
 ter uel trimeter iambicus ē: Picti, nihil, me si, cut an, tea,  
 iuuat. Alter ex duobus hexametris dactylico et iambico  
 cōponitur, Nā de dactylico duos pedes et semipedē ha-  
 bet.

bet. De iambico simplices quatuor, uel cōpositos duos. Scāditur autē sic: Scribere, uersicu, los, amo, re per, culsum, graui. XI. ode, asclepiadeū habet, et per binos uersus scāditur, nā unū hexametrum, alterū tetrametrum dactyli cos habet: Quid tibi, uis muli, er ni, gris di, gnissima, barris. XII. ode, metrum habet, quod ab Horat. cōpositū dicitur, et per binos uersus scāditur, ex quibus unus hexameter heroicus est: Horrida, tēpe, stas coe, lum cō, traxit et, imbres. Alter ex dactylico et iambico cōponitur. Nā quatuor pedes iābos habet, uel duos, si cōpositos ponere malueris, et duos dactylos, et semipedē. Scanditur autē sic: Niuēs, q; de, ducunt, Iouem, nunc mare, nūc sylue. XIII. ode, æque ab Horat. composita dicitur, et per binos uersus scandit, ex quibus unus hexameter dactylicus, alter tetrameter iambicus, uel dimeter: Mollis inertia, cur tan, tam dis, fuderit, imis. XIII. ode, hoc idem metrum habet, et similiter scanditur: Nox erat, et coe, lo sul, gebat, luna se, reno. XV. ode, ex duobus hexametris constat, dactylico et iambico: Altera, iam teri, tur bel, lisci, uilibus, et as. XVI. ode, iambicū metrum habet, et per singulos uersus scāditur: Iam iam es, fica, ci do, manus, scien, ti.e. Hic uersus qui carmē seculare appellatur, sapphicū metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur: Phoebe, sylua, rumq; potens, Diana.

Hactenus quæ didici et legi et quæ mediocri usu comprehēdi, tribus his cōmentarijs retuli, sperās me profecto legentiū gratū testimoniū, si nō laboris, certe simplicitatis, consecuturū.

Finis.

# SOAELII DONATI

GRAMMATICI DOCTIS.

simi de literis & syllabis & earum  
accidentibus.

DE VOCE ET QVO

modo diuidatur.



OX EST AER ICTVS, SEN  
sibilis auditu, quantum in ipso est. Omnis  
autem uox, aut articulata est, aut confu-  
sa. Articulata est, quæ literis comprehen-  
di potest. Cõfusa quæ scribi non potest.

DE LITERA, ET QVOMODO

literæ diuidantur, & ex his quæ & quot  
uocales, quæ consonantes sunt.

Litera est pars minima uocis articulata. Literarum, aliæ sunt uocales, aliæ consonantes. Consonantium autem, aliæ semiuocales, aliæ mutæ. Vocales sunt, quæ per se quidem proferantur, & per se syllabam faciunt. Sunt autem numero quinque, a, e, i, o, u. Harum duæ, scilicet, i & u, transcunt in consonantium potestatem, quum aut ipse inter se geminantur, aut cum alijs uocalibus iunguntur, ut, iuno, uideo, ueritas, uates. Hæ autem mediæ dicuntur, quia in quibusdam dictionibus expressum sonum non habent, i, ut uir, u, ut optimus. Extra quam formam u, litera interdum, nec uocalis habetur, nec consonans, cum inter q, literam consonantem & aliquam uocalem con-

Digamma stituitur, ut quoniam, quidē. Huic etiam digamma ascribi so-



bi solet, ut cū sibi ipsa præponitur, ut *serfus, fulgus*. Nā  
literam geminari in una syllaba posse plurimi negant.  
Latinae uocales omnes & produci, & corripì possunt.  
Atq; has solas aspirari quidam existimant.

dictū, quoniam  
ex duplici  
gamma con-  
stat constan-  
tumq; sit, ut  
F e x c c.

## EX CONSONANTIBVS ITEM,

quæ & quot sint semiuocales, quæ & quot  
mutæ, Tum quot sint literæ unius  
cuiusq; accidentia.

Semiuocales sunt, quæ per se quidem proferuntur, sed  
per se syllabam non faciunt. Sunt autem numero se-  
ptem, *f, l, m, n, r, s, x*. Ex his una duplex est, *x*. Et li-  
quidæ quatuor, *l, m, n, r*. Ex quibus *l, & r*, faciunt com-  
munem syllabam. Et *s*, litera suæ cuiusdā potestatis est,  
quæ in metro plerunque uim consonantis amittit. Item  
ex his semiuocalibus septem, *f*, litera superponitur liqui-  
dis *l, & r*, quemadmodum *muta* quælibet et communem  
syllabam facit.

Amittit). Sic apud Vergilium in 11. Aeneid. *ponite spes sibi  
quisq; & in 12. Inter se conisse uiros & decernere ferro*. hæc  
ita Priscianus in pri.

Mutæ sunt quæ nec per se proferuntur, nec per se syl-  
labam faciunt. Sunt autem numero, nouem *b, c, d, g, h, k,  
p, q, t*. Ex his duæ superuacue quibusdam imperitis esse  
uidentur, *k* et *q*, qui nesciunt quoties a sequitur, *k* litera  
præponendam esse nō *c*, quoties u sequitur, per *q*, nō per  
*c* scribendum, excepto *cur* & *cum*, quod per *c* scriben-  
dum est, quia inter *q*, & aliam consonantem *u*, sine alte-  
ra uocali poni non potest.

**H**, interdum consonans, interdum aspirationis creditur nota.

Consonans, ut in illo uersu apud Vergilium in undecimo Aeneidos, Versaq; iuuēcum terga fatigamus hasta. Hic enim nisi consonans esset, non staret uersus, ut putat Donatus & Demetrius, & alii nonnulli haud incelebres Grammatici. Quibus tamen reclamant Probus, et post hunc Priscianus, ut qui ne inter litteras quidem censendum ipsum uoluit, sed tantum aspirationis notam haberi.

**Y** & **Z** remanent, quas litteras propter Graecanominata assumpsimus.

Altera namque uocalis est graeca, altera consonans duplex, unde fit, ut quidam putent latinas litteras non plures esse quam decem & octo. Siquidem ex his uiginti & tribus una aspirationis nota est, haec uidelicet. Una duplex, X. Duae superuacuae K & Q. Duae Graecae Y & Z. Accidit unicuique litterae tria, Nomen, Figura, Potestas. Queritur enim quid uocetur littera, qua figura sit, quid uel possit.

DE SYLLABA, ET QUO  
modo diuidantur syllabae.

Syllaba est comprehensio litterarum, uel unius uocalis enuntiatio, temporum capax. Syllabarum aliae sunt breues, aliae longae, aliae communes.

QUOT MODIS  
syllabae uel breues uel longae habeantur.

Breues sunt, quae & correptam uocalem habent, et non desinunt in duas consonantes, ut *ast*, aut in unam duplicem, ut *lex*, aut in aliquid, quod sit, pro duabus consonantibus.

tibus, ut aio. Longæ autem sunt, aut natura, aut positione. Natura, quum uocalis producitur, ut uel a, uel e, uel o, aut cum duæ uocales iunguntur, & diphthongon faciunt, æ, œ, au, eu, ai, ei. Positione longæ sunt syllabæ, quæ aut correpta uocalis in duas desinit consonantes, ut ast. Aut quum desinit in unam consonantem, & excipitur ab altera consonante, ut arma, arcus. Aut in alteram consonantem, & in alteram uocalem loco consonantis positam, ut At luno. At Venus. Aut in unam duplicem, ut dux, aut excipitur ab x duplici consonante, ut axis. Aut in i literam solam inter duas uocales loco consonantis positam, quam nonnulli geminant, ut, Aio te Accida Romanos uincere posse.

Ai & ei græcæ sunt diphthongi æi Quibus et latini nonnulli quamutuntur. ut apud Verg. in 3. Aeneid. Aula in medio libabant pocula Bacchi. & alibi apud eundem: Pictas uestis & auræ. Et apud Salustium in ipso statim principio belli Catilinae. Omnes homines.

## DE COMMVNIBVS

syllabis, & quot quæq; syllaba habeat tempora.

Sunt etiam syllabæ quæ communes uocantur, quum correptam uocalem duæ cōsonantes sequuntur, quarum prior aut muta quæpiam est, aut F semiuocalis, et sequens liquida, ut Vastosq; abrupe Cyclopas, & Vasto Cyclopis in antro. Aut cum correpta uocalis in unam desinit cōsonantē sequente h, quæ à plerisq; aspiratiōis creditur nota, ut, Terga fatigamus hasta, et. Ibat ouas diuūq; sibi

DONATVS DE

poscebat honorem. Aut quum correptam uocalem duo  
 consonātes sequuntur, quarū prior slitera est, ut, Ponite  
 spes sibi quisq; & Vnde spissa coma. Aut quum partem  
 orationis terminat breuis syllaba, que in unam desinit  
 consonantē, sequente uocali, ut est, Omnia uincit amor,  
 & nos cedamus amori. Aut quum pars orationis desinit  
 in longam, que diphthōgus appellatur sequente statim  
 uocali, ut, Muse Aonides, et, Insule Ionio in magno. Aut  
 cum producta uocalis est, uocali altera sequēte. Aut cum  
 pronomē c litera terminatum, uocalis subsequitur. Aut  
 cum correptam uocalem suscipit & litera consonans at  
 que duplex. Aut cum correpta uocalis in unam desinit  
 consonantem, sequente statim uocali in eadem dictione.  
 Longa syllaba duo tempora habet. Breuis unum. Sylla  
 ba apud metricos semipes nominatur.

Vt: Sudi-  
 bus' ue pre-  
 uftis.

DE PEDIBVS ET MVLT  
 plici eorum differentia.

Pes est syllabarum & temporum certa dinumeratio. Accidunt unicuiq; pedi, Arsis, Thesis, Numerus  
 syllabarum, Tempus, Resolutio, Figura, Metrum. Pe  
 des disyllabi sunt quatuor. Trisyllabi octo. Dplices se  
 decim. Ergo disyllabi quatuor hi sunt: Pyrrhichius ex  
 duabus breuibus, temporum duūm, ut fuga. Huic contra  
 rius est spondeus, ex duabus longis, temporum quatuor,  
 ut aetas. Iambus ex breui et longa, temporum trium, ut  
 parens. Huic contrarius est trocheus ex longa & bre  
 ui, temporum trium, ut Meta. Trisyllabi octo hi sunt:  
 Tribrachus ex tribus breuibus, temporum trium, ut ma  
 cula.



Huic cōtrarius est Molossus ex tribus longis, temporū sex ut Aeneas, Anapestus ex duabus breuibus et longa, temporum quatuor ut Erato. Huic cōtrarius est dactylus, ex longa & duabus breuibus, temporum quatuor, ut Menalus Amphibrachus ex breui & longa, & breui tēporum quatuor, ut Carina. Huic contrarius est amphimacrus, ex longa, breui, & longa, temporum quinque, ut insula. Bacchius ex breui, et duabus longis temporum quinque, ut Achates. Huic contrarius Antibacchius, ex duabus longis, et breui, temporum quinque, ut Natura.

## DE DVPLICIBVS PEDIBVS,

qui sunt numero sedecim.

Duplices sedecim hi sunt, Proceleusmaticus, ex quatuor breuibus, temporū quatuor ut Auicula. Huic cōtrarius Dispondeus, ex quatuor longis, temporum octo, ut oratores. Dijambus ex duobus iambis, ex breui & longa, & breui & longa, temporum sex, ut Propinquitas. Huic contrarius est ditrochæus, ex longa & breui, et longa & breui, temporum sex, ut Cātilena. Antispastus ex breui & duabus longis & breui, temporum sex, ut Saloniinus. Huic contrarius est choriambus ex longa & duabus breuibus et longa temporum sex, ut Armipotēs. Ionicus minor, ex duabus breuibus & duabus longis, temporum sex, ut Diomedes. Huic contrarius est Ionicus maior, ex duabus longis et duabus breuibus, ut Iunonius. Pæon primus ex prima longa & tribus breuibus tēporū quinque, ut legitimus. Pæon secundus, ex secunda longa,

DONATVS DE LI

et tribus breuibus, temporū quinq; ut, Colonia, Pæon ter  
 tius, ex tertia longa, & tribus breuibus temporum quin  
 q; ut, Menedemus. Pæon quartus, ex quarta lōga, & tri  
 bus breuibus temporum quinque, ut, celeritas. His cōtra  
 rij sunt quatuor Epitriti. Epitritus prim<sup>us</sup> ex prima bre  
 uī, & tribus longis, temporum septē, ut, sacerdotes. E  
 pitritus secundus, ex secunda breui, & tribus longis, tē  
 porum septem, ut conditores. Epitritus tertius, ex ter  
 tia breui & tribus longis, temporum septem, ut Demo  
 sthenes. Epitritus quartus, ex quarta breui, & tribus lō  
 gis, temporum septem, ut Fescenninus.

DE ALIIS QVI

busdam pedibus siue pedum

syzygijs.

Ex his deinceps, alij pedes, syzygiæ uel nascuntur. Nā  
 quem admodum pedes dissyllabi quatuor geminati sede  
 cim duplices faciūt, ita ijdem cum trissyllabis iuncti tri  
 ginta & duos de se reddunt. Trissyllabi uero, cum tri  
 syllabis geminati sexaginta et quatuor colliguntur,  
 atque excepto Amphibracho, & Epitrito, quem metri  
 ci informem & inconditum indicant, quorum alterum  
 tripla, alterum epitrita diuisione partimur, uniuersorū  
 pedum trina conditio reperitur. In alijs enim equa diui  
 sio est, in alijs dupla, in alijs sescupla. Et prima dactyli  
 ca, secūda Iambica, tertia Pæonica nominatur. Sunt in  
 unoquoq; metro pedes legitimi, sunt etiam nothi. Sim  
 plices pedes non amplius quam ternas syllabas habent.  
 Duplices non amplius q̄ senas.

**Epitrita** id est, sesquitercia. Ea autē est diuisio temporū, cum quatuor ad tria comparatur referunturq; quę apud arithmeticos & musicos sesquitercia appellatur proportio. Hęc ergo quę hic dicuntur, altius repetenda sunt, tum ex arithmetica tum ex musica disciplina. Informem autem & inconditū epitritum pedem iccirco dicere uidetur, opinor, quod proportio sesquitercia, secundum quam ipse per sua tempora diuiditur, a priscis musicis ut inepta habebatur, quę consonantiam per se constitueret.

## DE ACCENTIBVS

& eorum speciebus, & de quibusdam regulis accentuum.

Tonos alij accentus, alij tenores nomināt. Toni igitur tres sunt: **Acutus**, **grauis** & **circumflexus**. **Acutus**, cum in gręcis dictionibus ultimum, penultimum & antepenultimum, apud Latinos autem penultimum & antepenultimum teneat, ultimum nunquā. **Circumflexus**, quotlibet syllabarum sit dictio, non tenebit nisi penultimum locum. **Grauis**, in eadem dictione, uel cum acuto, uel cū circumflexo poni potest. Et hoc illi non est commune cū ceteris. Ergo monosyllabas, quę correptā uocalem habebunt, acuto accentu pronuntiabimus, ut *pax*, *fax*, *pix*, *nix*, *nux*. Quę productam uocalem habebunt, circumflexo accentu pronuntiabimus, ut *rōs*, *dōs*, *spēs*. In dissyllabis, quę priorē productam habuerint, & posteriorē correptam, priorē syllabam circumfleximus, ut *mēta*, *Crēta*, *Rōma*. Vbi ambę productę, uel posterior syllaba producta fuerit, uel ambę correptę fuerint, acue-  
m<sup>o</sup> priorē, si uicilia correpta fuerit, siue ex producta, ut *lę*

ges, reges, bonus, malus, nepos, honos. In trisyllabis, et in tetrasyllabis, et deinceps, si penultima correpta fuerit, acuemus antepenultimam: ut, Tullius, Hostilius. Si penultima positione longa fuerit, ipsa acuetur, & antepenultima graui accentu pronuntiabitur: ut, Catullus, Metellus: ita tamen, si positione longa fuerit, nō ex muta et liquida. nam mutabit accētum, ut latebræ, tenebræ. Si ultima breuis fuerit, penultima uero natura lōga, penultima circumflectetur: ut, Cethēgus, perōsus. Si ultima quoq; natura longa fuerit, penultima acuetur: ut, Athene, Mycene. In compositis dictionibus unus accentus est, non minus quā in una parte orationis, ut, Malefarius, intercaloci. Accentus in integris dictionibus obseruantur. In interiectionibus, aut in peregrinis uerbis, et in barbaris nominibus nulli certi sunt accentus.

**Q**VAE LEGEM ACCENTUUM impediāt, & de notis uniuscuiusque accentus, et de reliquis accentuum speciebus.

Accentuum autem legem, uel distinguendi, uel pronuntiandi ratio, uel discernendæ ambiguitatis necessitas sepe conturbat. Sanè græca uerba græcis accētibus melius efferimus. In latinis nunquam acutus accentus in ultima syllaba poni potest, nisi discretionis causa, ut in aduerbio ponē, ne uerbū imperatiui modi esse putetur. Neque circumflexus, nisi in ea particula, quæ est ergō. Acutus accentus, est nota per obliquam ascendens in dexteram partem, ita'. Grauis, nota à summo in dexte-



ram partem descendens, ita  $\curvearrowright$ . Circūflexus, nota de acuto et graui facta, ita  $\overset{\circ}{\curvearrowright}$ . Longus, est linea à sinistra in dexteram partē equaliter ducta, ita  $\text{—}$ . Breuis, est uirgula similiter iacens, sed panda à superiori atque contractior, fit ita  $\text{v}$ . Hyphen, est uirgula subiecta uersui, ita  $\text{—}$  hac nota subterposita, duo uerba, cum ita res exigit, copulamur: ut, ante  $\text{—}$  tulit gressum.  $\text{—}$  Turnus ut ante  $\text{—}$  uolans tardū præcesserat. huic contraria est diastole, dextera pars quedam circuli, ad imam literā apposita ita  $\text{,}$ . Hac nota male coherentia discernuntur, ut est: Brept e uirginis, ira. et, Viridiq; in littore conspicitur, sus. Apostrophos item circuli quedam pars, sed ad summam literam apposita. Hac nota deesse ostendimus parti orationis ultimam uocalem, cuius consonas remanet, ut est: Tanton' me crimine dignum Duxisti: pro, tanto' ne me. Ceterū dascam  $\text{v}$  et psilen  $\text{r}$  apud Latinos H libera, uocali addita uel detracta, significat.

## DE POSITVRIS.

Tres sunt posituræ uel distinctiões, quas thesaurus graeci uocant, distinctio, subdistinctio, media distinctio. Distinctio est, ubi finitur plena sententia. Huius punctum ad summam literam ponimus. Subdistinctio est, ubi multū superest de sententia, quod tñ necessario separatur, mox inferendū sit. huius punctū ad imā literā ponimus.

Media distinctio ē, ubi fere tantū de sententia superest, quantū iā diximus, quū tñ respirandū sit. Huius punctū ad mediā literā ponimus. In lectione, tota sententia periodos dicitur, cuius partes sunt cola et cōmata.

# DE IVSDEM DO

## NATI DE OCTO

partibus orationis, Editio siue

Ars secunda.

**P**artes orationis sunt octo: Nomen, pronomen, uerbum, aduerbium, participium, coniuñctio, prepositio, interiectio. Ex his duæ sunt principales partes orationis, nomen & uerbum. Latini articulum non adnumerant, Greci interiectionem. Multi plures, multi pauciores partes orationis ponunt. Verum ex his tres sunt quæ casibus inflectuntur, nomen, pronomen, et participium.

Principales, quod sine his perfecta oratio non consistat. Quas & Priscianus iccirco tales censet, alias autem his esse ueluti appedices. Idem quoque orationis partem ita diffinit: Pars orationis, inquit, nihil aliud est, nisi uox indicans mentis conceptum, id est, cogitationem.

### DE N O M I N E.

**N**omine est pars orationis cum casu, corpus aut rem proprie communiter uel significans. Proprie, ut Roma, Tiberis. communiter, ut urbs, flumen. Nomini accidunt sex: Qualitas, comparatio, genus, numerus, figura, casus. Nomen, unius hominis: appellatio, multarum uocabulum rerum est. Sed modo nomina generaliter dicimus.

### DE Q U A L I T A T E

nominis, & quot sint priorum nominum differentie siue species.

Quæ

Qualitas nominum bipartita est. Aut enim propria sunt nomina, aut appellatiua. Propriorum nominum secundum Latinos quatuor sunt species: Pronomen, Nomen, Cognomen, & agnomen: ut, Pub. Cornelius Scipio Africanus.

Omnia prænominata, aut singulis literis notantur, ut C. Cesar, L. Catilina: aut binis, ut Cn. Pompeius: aut ternis, ut Sex. Roscius.

## DE NOMINVM APPEL

latiuorū speciebus, ac obiter de tribus

nominū diminutiuiorū gradibus.

Appellatiuorum nominum multe sunt species. Alia enim sunt corporalia, ut homo, terra, mare. Alia incorporea, ut pietas, iustitia, dignitas. Alia sunt primæ positionis, ut mons, schola. Alia deriuatiua, ut montanus, scholasticus. Alia diminutiua, ut monticulus, scholasticulus.

Diminutiuiorum autem nominū tres sunt gradus, quorum forma quo magis minuit, crescit sepe numerus syllabarum. Sunt etiam quasi diminutiua, quorum origo non cernitur, ut fabula, macula, tabula, uinculum. Et sunt nomina tota græcæ declinationis, ut Themisto, Calypso, Pan. Sunt tota cōuersa in latinam regulam, ut Polydeces, Pollux, Odysseus, Ulysses. Sunt inter græcam latinamq; formam, quæ notha appellatur, ut Achilles, Agamemnon. Sunt alia homonyma, quæ una appellatione plura significant, ut nepos, acies, aries. Sunt et alia synonyma uel polyonyma, ut terra, humus, tellus: ensis, mucro, gladius.

## DONATVS DE

Quisda apud Hesiodum in Theogonia, nomen est unius ex filiabus Oceani & Tethyos. sicut & Τηθύς apud eundem, utriusq; itidem filia.

### DE PATRONYMICIS.

Alia patronymica, ut Pelides, Atrides. Hæc & ab auis et à patribus sæpe fiunt. In his quæ græca sunt, siue masculina siue foemina fuerint, græcam magis seruat binus regulam. Et horum masculina quidem aut in des exeunt, ut Atrides ab Atreo: aut in ius, ut Peleius à Peleico: aut in ion, ut Nerion à Nerco. Foemina autem aut in is exeūt, ut Atreis: aut in ias, ut Pelias: aut in e, ut Nerine. Sunt et κτηνικά, id est, possessiua, quæ in ius exeunt, ut Euādrius enstis, Agamemnoniæ Mycenæ. Et alia mediæ significationis, et adiectiua, ut magnus, fortis. Dicimus enim, magnus uir, fortis exercitus. Hæc etiā epitheta dicunt. Alia qualitatis, ut bonus, malus. Alia quantitatis, ut magnus, paruus. Alia gentis, ut Græcus, Hispanus: Alia patriæ, ut Thebanus, Romanus. Alia nune ri, ut unus, duo. Alia ordinis, ut primus, secundus. Sed primus de multis, de duobus prior dicitur. Et sicut de duobus alterū dicimus, ita de multis alium. Sunt alia ad aliquid dicta, ut pater, frater. Sunt alia ad aliquid quodam modo se habentia, ut dexter, sinister. Hæc & comparatiuum gradum admittunt, non dexterior aut sinisterior, sed dexterior et sinisterior. Sūt alia generalia, ut corpus animal. Alia specialia, ut lapis, homo, lignū. Alia facta de uerbo, ut dictor, factor, lector. Alia similia participijs, ut demens, sapiens, potens. Alia uerbis similia, ut

come



comedo, palpo, contemplator, speculator.

In ius. Quæ forma magis possessiuorū est, sed quæ tamen pro patronymicis usurpatur plerunq̃.

In uiv. Hæc patronymicorum forma Ionicæ linguæ propria est, ut uult Priscianus: & ut Seruius tradit, in Latinum sermonem non transit.

Adiectiuum nomen est, ut Priscianus diffinit, quod adijci tur proprijs uel appellatiuis, & significat uel laudem uel uituperationem, uel medium. Laudem, ut iustus: uita perationem, ut iniustus: medium, ut magnus. Dicimus enim, magnus imperator, laudantes: & magnus latro, uituperantes.

## DE NOMINVM

comparatione.

Comparationis gradus sunt tres, positiuus, comparatiuus & superlatiuus. Positiuus, ut fortis. Comparatiuus, ut fortior. Superlatiuus, ut fortissimus. Sed comparatiuus gradus generis est semper communis in or, et in us generis neutri. Comparantur autem nomina, quæ aut qualitatem, aut quantitatem significant. Sed nō omnia nomina per omnes gradus exeunt. Aliquando enim positiuus tantum inuenitur, ut mediocris. Aliquando positiuus & comparatiuus, ut senex, senior: iuuenis, iunior per syncopam. Aliquando positiuus et superlatiuus, ut pius, piissimus. Nam pro secundo gradu magis aduerbium ponitur, ut magis pius. Aliquando comparatiuus & superlatiuus, ut ulterior, ultimus. Aliquando superlatiuus tantum, ut nouissimus. Extra hanc formam sunt, bonus, malus, magnus, paruus. Dicimus enim, bonus, melior, opti-

mus.

DONATVS DE

mus. Malus, peior, pessimus. Magnus, maior, maximus  
Paruus, minor, minimus.

Superlatiuus gradus cum maxima ex parte in finis desi-  
nat, ut iustus, iustior, iustissimus, est tamen quādo in rimis de-  
finit, ut teter, tetrior, teterrimus: dexter, dexterior, dexterrim-  
us. Est & quando in limis, ut agilis, agilior, agilimus. Est eti-  
am quando in ximus, ut maximus. In timus, ut intimus, exti-  
mus. In remus, ut extremus, supremus. In finis, ut infimus.

IN QVIBVS GRADI

bus comparatio proprie reperitur, &  
quomodo hi tres gradus sepe in  
ter te confundantur.

Comparatio nominum proprie in comparatiuo &  
superlatiuo gradu est constituta. Nam positiuus per se  
etius et absolutus est. Sepe autem comparatiuus gradus  
præponit superlatiuo, ut stultior stultissimo, maior ma-  
ximo. Sepe minus positiuo significat, quamuis recipi-  
at comparationem: ut, mare Ponticum est dulcius quā ca-  
etera. Sepe idem pro positiuo positus, minus positiuo si-  
gnificat, quis recipiat comparationem, & nulli cōpa-  
ratur: ut, iam senior, sed cruda deo uiridis quæ senectus.  
Sunt noīa significatione diminutiua, intellectu compa-  
ratiua, ut grandiusculus, minusculus, maīsculus.

Senior hic dicitur ex parte senex, quemadmodum exponit  
Priscianus. Sicut apud eundem autorem, Tristior dicitur pro  
eo quod est, ex parte tristis, uersu illo apud Vergiliū in pri-  
mo aeneidos:

Tristior, atque oculos lachrymis suffusa nitentes.

DE CONSTRUCTI

one Comparatiui & Superlatiui.

Comparatiuo & Superlatiue, tam, aut minus, aut minime, aut magis, aut maxime adijci non oportet. Adijciuntur autem positiuo tantum. Dicimus enim, tam bonus, tam malus, minus bonus, minus malus, minime bonus, minime malus, magis bonus, magis malus, maxime bonus, maxime malus. Comparatiuus gradus ablatiuo casui adiungitur utriusque numeri. sed tunc hoc utimur, cum aliquem uel alienouel suo generi comparamus, ut Hector fortior Diomede, uel audacior Troianis fuit. Dicimus etiam, fortior hic quam ille. Superlatiuus autem genitiuo tantum plura adiungitur: sed tunc hoc utimur, cum aliquem suo generi comparamus, ut Hector fortissimus Troianorum. Plerumque superlatiuus pro positiuo ponitur, et nulli comparatur, ut Iuppiter optimus maximus. Interdum comparatiuus nominatiuo adiungitur, ut doctior hic quam ille.

Vt Iuppiter optimus maximus. Huius Sergius rationem reddidit talem: Quia non sunt, inquit, alij Ioues, quorum unus bonus, alius melior sit, unde possit hic dici optimus.

#### DE GENERE NOMINVM.

Genera nominum sunt quatuor: Masculinum, fœmininum, neutrum, commune. Masculinum est, cui numero singulari, casu nominatiuo, præponitur pronomen siue articulus, hic: ut, Hic magister. Fœmininum est, cui numero singulari, casu nominatiuo præponitur pronomen siue articulus hæc, ut, hæc musa. Neutrum est, cui numero singulari, casu nominatiuo præponitur pronomen siue articulus hoc, ut, Hoc scannum. Commu-

ne

## DONATVS DE

ne est, quod simul masculinum & foemininum significat: ut, hic et haec sacerdos, sed ex his uel principalia, uel sola genera duo sunt, masculinum et foemininum. Nam neutrum et commune de utroq; nascuntur. Est etiã trium generum commune, quod omne dicitur, ut hic et haec & hoc foelix. Est et epicœnũ, id est, promiscuum, quod sub una significatione et sub uno genere marem & foeminam comprehendit, ut hic passer, haec aquila. Sũt praeterea alia sono masculina, intellectu foeminina, ut Eunuchus pro comœdia, Orestes pro tragœdia, Centaurus pro nauis. Alia sono foeminina, intellectu masculina, ut Fennestella pro scriptore, Aquila pro oratore. Alia sono neutra, intellectu foeminina, ut Phronesium, Glyceriũ, Sophonium, quae mulierum propria nomina sunt. Alia sono foeminina, intellectu neutra, ut poëma, schema. Alia sono masculina, intellectu neutra, ut pelagus, uulgus.

### Q V A E N O M I N A

genera mutant.

Sunt praeterea nomina in singulari numero alterius generis, et alterius in plurali, ut balneũ, tartarus, caelum, porrium, cepe, loca, fori nauium. Sunt item nomina incerti generis inter masculinum & foemininũ, ut cortex, uarix, silex, finis, stirps, pinus, pampinus, dies. Sũt incerti generis inter masculinum et neutrum, ut penus, clypeus, uulgus, specus. Sunt nomina incerti generis inter foemininum et neutrum, ut buxus, pirus, pinus, maelus: sed neutro genere fructum, foeminino ipsas arbores saepe dicimus. Sunt etiam genera nominũ fixa, sunt mo



bilia. Fixa sunt, quæ in alterum genus flecti non possunt, ut pater, mater, soror. Mobilia autem, aut propria sunt, & duo genera ex se faciunt, ut Caius, Caia, Martius, Martia. Aut appellatiua sunt, & tria genera faciunt, ut bonus, bona, bonum, malus, mala, malum. Sunt item alia nec intotum fixa, nec intotum mobilia, ut Draco, draconia. Leo, leona, gallus, gallina, rex, regina.

Sunt diminutiua, quæ non seruant genera, quæ ex nominibus primæ positionis acciperunt, ut hoc scutū, hæc scutella, hoc pistrinum, hæc pistrilla, hic canis, hæc canicula, hæc rana, hic ranūculus, hæc statua, hic statūculus. Adduntur à Prisciano hic anguis, hæc anguilla, hic unguis, hæc ungula, hæc acus, hic aculeus, hic ensis, hæc ensicula. Sed & ensiculus dicitur.

## DE GENERIBVS

nominum quædam regula generales iuxta numerum & ordinē quinq; uocalium.

**N**omen in a uocalem desinens nominatiuo casu, numero singulari, aut masculinū est, ut Agrippa, aut foemininum ut Martia. Aut neutrum, quod tantum Græcum est, ut torcuma, aut commune, ut aduena, Aut epicœnū, ut aquila. Nomen in e uocalem desinens nominatiuo casu, numero singulari, aut foemininū græcum est, ut Euterpe, aut neutrū, ut sedile. Nomen in i uocalem desinens nominatiuo casu, numero singulari, aut neutrū græcum est, ut gūmi, sinapi, aut triū generū & ptoō, ut frugi, nihili. Nomen in o uocalem desinens no-

## DONATVS DE

minatiuo casu, numero singulari, aut masculinum est, ut Scipio, aut foemininum, ut Iuno, aut commune, ut homo. Nomen in uocaleni desinens nominatiuo casu, numero singulari tantum, neutrum est, ut cornu, gelu, genu, ueru. Sed haec nomina, et quae in consonantes desinunt, diuersas regulas & multiplices habent.

### D E N V M E

ro nominum.

Numeri sunt duo. Singularis, ut hic sapiens. Pluralis, ut hi sapientes. Et est dualis numerus, qui singulariter enunciari non potest, ut hi ambo, & hi duo. Sunt etiam nomina numero coia, ut nubes, dies. Sunt species singularia masculini generis, ut puluis, sanguis. Sunt species pluralia, ut manes, grites. Sunt species singularia generis foeminini, pax, lux. Sunt species pluralia, ut Calēda, nūdina, feria, quadriga, nuptia, scala, scopae. Sunt semper singularia generis neutri, ut pus, uirus, aurū, argentū, ferrū, oleū, triticū & cetera ferē, quae ad mensurā pondus uere feruntur, quanquam multa cōsuetudine usurpata sunt, ut uina, mella, hordea.

Sunt semper pluralia eiusdem generis, ut arma, moenia, floralia, saturnalia. Sunt quaedam positione singularia, intellectu pluralia, ut populus, conuentus, contio, plebs, multitudo. Sunt quaedam positione pluralia, intellectu singularia, ut Athenae, Cumae, Thebae, Mycenae.

### D E F I G U R A N O M I N V M

& quot modis nomina comparantur, et quō cōposita nomina declinent.

Figurae

Figuræ nominibus accidunt duæ. Simplex, & Composita. Simplex, ut doctus, prudens. Composita ut indoctus, imprudens. Componuntur autem nomina modis quatuor, ex duobus integris, ut suburbanus, ex duobus corruptis ut efficax, municeps, ex integro & corrupto, ut ineptus, insulsus, ex corrupto & integro, ut omnipotens, nuggerulus. Componuntur etiam ex pluribus, ut inexpugnabilis, imperterritus. In declinatione compositorum nominum aduertere debemus, quod ea, quæ ex duobus nominatiuis composita fuerint, per omnes casus ex utraq; parte declinari possunt, ut equestroromanus, prætorurbanus. Quæ ex nominatiuo et quolibet alio casu composita fuerint, ea parte delinantur tantum, qua fuerit nominatiuus casus, ut præfectusequitum, senatusconsultum.

Providendum est autem ne ea nomina componamus, quæ aut composita sunt, aut componi omnino non possunt.

Providendum est autem.) Videtur (Serg. ait) Donatus hic sibi contrauenire, ut qui pauloante docuerit ex pluribus posse componi nomina, ut inexpugnabilis, imperterritus.

## DE NOMI- num casu.

Casus nominum sunt sex, Nominatiuus, Genitiuus, Dativus, Accusatiuus, Vocatiuus, et Ablatiuus. Ex his duo recti appellantur, Nominatiuus et Vocatiuus. Reliqui autem obliqui. Ablatiuum Græci non habent. Hunc quidam septimum, nonnulli sextum casum appellant. Est autem Nominatiuus ut hic Cato. Genitiuus huius Catonis, Dativus huic Catoni. Accusatiuus hunc Catonem. Vo-

DONATVS DE

catiuius o Cato, Ablatiuus ab hoc Catone. Quidam etiã adsumũt septimum casum, qui est ablatiuo similis, sed sine præpositione a uel ab, ut sit ablatiuus casus, ab rectore uenio, septimus casus, oratore magistro utor.

Septimus casus, oratore magistro utor.) Sic cũ dico (ut Quintilianus exemplo utar) hasta percussi, non iam utor ablatiuo natura sed septimi casus. Quem tamen Priscianus solus inter grammaticos, uidetur non recipere. Quippe quod (ut ipse ait) præpositio addita uel subtracta minime mutare ualeat casuum.

DE SEX FORMIS CASUALIBVS, ET quos casus nomina sibi asciscant.

Sunt autem formæ casuales sex, ex quibus sunt nomina alia monoptota, alia diptota, alia triptota, alia tetrapto-  
ta, alia pẽtaptota, alia hexaptota. Sunt præter hæc aptota, quæ neq; per casus, neq; per numeros declinantur, ut frugi, nihili, nequam, fas, nefas, nugas. In qua forma sunt etiam nomina numerorum à quatuor usque ad centũ. Nam ab uno usq; ad tres, per omnes casus numeri declinantur. Item à ducentis & deinceps præter mille. Sunt & nomina, quorum nominatiuus in usu non est, ut si quis dicat hunc laterem, ab hac ditione. Itẽ per ceteros quoque casus nomina multa deficiunt, ut spõte, tabo. Sunt præterea nomina, quorum alia genitiuum casum trahunt, ut ignarus belli, securus amorũ. Alia datiuum, ut inimicus malis, cõgruus paribus. Alia accusatiuum, sed figurate, ut exosus bella, præsciũ futurũ. Alia ablatiuum, ut secundus à Romulo, Alter à Syl-  
la. Alia

Figurate  
quod ut Pri



la. Alia septimum casum, ut dignus munere, maectus uirtute. Omnia nomina ablatiuo casu, numero singulari quinq; literis uoc alibus terminatur, sed ea dicitur axat, quae aptota non sunt: In illis enim regula non tenetur.

## DE GENITIVO ET DATIVO

& ablatiuo pluralibus quaedam regulae.

## REGVLA PRIMA.

**Q**uaeque nomina ablatiuo casu singulari, a lite gra fuerint terminata, genitiuum pluralem in rum syllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in is, ut ab hac musa, harum musarum, his & ab his musis. Neesse est autem contra hanc regulam, ut declinetur ea nomina, in quibus genera discernenda sunt, ut ab hac dea, harum dearum, his & ab his deabus. Ne si dijs dixerimus, deos non deas significare uideamur.

Ad eundem modum & filiabus, & mulabus & asinabus, & libertabus dicit, & natabus, si Prisciani sequimur auctoritate.

## REGVLA SECVND A.

Quaeque nomina ablatiuo singulari, e, litera correpta terminata fuerint, genitiuum pluralem in um syllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in bus, ut ab hoc pariete, horum parietum, his et ab his parietibus. Contra hanc regulam inuenimus ab hoc uase, horum uasorum, his & ab his uasis. Si uero e producta fuerint terminata, genitiuum pluralem in rum syllabam mittunt, datiuum et ablatiuum in bus, ut ab hac re, harum rerum, his et ab his rebus. Sed haec regula proprie foemini generis putatur.

Sed haec regula. ) Hoc est secunda huius regulae pars, ut quae lo

scianus ait, participiorum loco posita, illorum uidentur constructionem seruasse.

Ab hac regula excipiuntur monosyllaba quaedam, de quibus mox infra.

## DONATVS DE

quitur tantum de nominibus e litera in ablatiuo terminatis  
quintæ declinationis, licet dies nõ tam foeminini generis quã  
masculini sit, et meridiës masculini tantum.

### R E G V L A T E R ti.

Quæcũq; nomina ablatiuo casu singulari, i litera sue  
rint terminata, genitiuum pluralem in ium mittunt, et  
datiuum & ablatiuum in bus, ut ab hac puppi, harum  
puppium, his & ab his puppibus. Huiusmodi præterea  
nomina casum accusatiuum pluralem propter differen  
tiam melius in is quã in es, syllabam terminant, ut has  
puppis, nauis, claus. Quia puppim, nauim, clauim, et nõ  
puppem, nauem, clauem.

Quia puppim, nauim) nõ non per im solum, sed &  
per em accusatiuum facere reperiuntur, sicut & ablatiuum  
tam per e, quã per i, faciunt.

### T R E S R E G V L A E S P E ciales de nominibus quorum geniti uus pluralis in ium desinit.

**E**orum autem nominum, quæ genitiuo casu plura  
li in ium syllabam exire possũt, trina regula est.  
Prima eorum est, quæ nominatiuo casu singulari n, et  
s, literis terminantur, ut mons montium. Altera eorum  
quæ ablatiuo casu singulari e, correpta finiuntur, et fœ  
minina sunt, ut ab hac clade, harũ cladium, his & ab his  
cladibus, & ab hac cæde, harum cædium, his et ab his cæ  
dibus. Tertia eorum, quæ ablatiuo casu singulari i, lite  
ra

ra terminantur, ut ab hac resti, harū restium, his & ab his restibus. Sed hæc regula etiam accusatiuum singularem interdum per in syllabam terminat, ut hanc restim & hanc puppim. Horum multa tamē cernimus consuetudine commutata.

Huiusmodi sunt & alia multa, quæ tamen accusatiuum nõ per in tantum, sed & per em facere probantur. Sic restim & restem, puppim & puppem, securim & securem. Vergilius in secundo Aeneidos:

Taurus & incertam excussit ceruice securim. Idē in 2.

Telaq; & æratam quatiens Tarpeia securem.

Author est Priscianus libro septimo. id quod Donatus paulo infra consuetudini potius & auctoritati quàm arti tribuere uideatur, ubi dicit: Horum multa tamen cernimus cõsuetudine commutata.

## REGVLA QVARTA.

Quæcunq; nomina ablatiuo casu singulari o litera, fuerint terminata, genitiuum pluralem in rum syllabā mittunt, datiuum et ablatiuum in is, ut ab hoc docto, horum doctorum, his & ab his doctis. Contra hanc regulam inuenimus ab hac domo, harum domorum, his et ab his domibus: et ab hoc iugero, horum iugerum, his & ab his iugeribus. Sed scire debemus, multa quidem ueteres aliter declinasse, ut ab hac domu, harum domuum, his et ab his domibus. & ab hoc iugere, horum iugerum, his et ab his iugeribus. Verum meminerimus euphoniã in dictionibus plus interdum ualere, quàm analogiam & regulam præceptorum.

Euphonia à Prisciano interpretatur bona sonoritas, quæ

DONATVS DE

tamen elegantius à Quintiliano libro primo transfertur uocatas. Cuius in eo, inquit, delectus est, ut inter duo, quæ idē significat, ac tantundem ualēt, quod melius sonet, malis. Analogia autem ab eodem transfertur proportio, quæ à Diomede describitur, sermonis à natura proditi ordinatio. Ab alijs ratio quædam per similitudinem declinandi. Vel, ut Sergius dif-  
finit, ratio declinationis nominum inter se omni ex parte simi-  
lium, quem latius hæc prosequentem uide.

REGVLA QVINTA.

Quæcūq; nomina ablatiuo casu singulari, u. litera si-  
erint terminata, genitiuū pluralem in um sy<sup>l</sup>abā mit-  
tunt, geminata u, litera, datiuum et ablatiuum in us, ut  
ab hoc fluctu, horum fluctuum, his et ab his fluctibus. Nā  
nihil necesse est retinere u literam, et fluctibus dicere,  
quū artibus necessitate dicamus, ne quis nos artes, nō ar-  
tus significare uelle existimet. In has regulas non ueni-  
unt, ut dictum est, aptota nomina, ut fas, nefas, nequā, ni-  
hil. Non ueniunt tantum pluralia, ut saturnalia, uulcana-  
lia, compitalia. Non ueniūt quæ à Græcis sumpsimus, ut  
emblemata, epigrammata, schemata, poemata, stemmata. Nā huius  
formæ nomina ueteres etiam fœminino genere declina-  
bant. In his regulis analogia uel ex collatione positiuo-  
rum nominum, uel ex diminutione cognoscitur. Memi-  
nerimus hæc græca noia ad græcā formā melius decli-  
nari, et si illa nōnulli ad latinos casus conantur flectere.

Veteres etiam fœminino genere declinabant. Sic schema  
apud Plautum in Amphitry. fœminino genere usurpatū legi-  
tur, teste etiam Probo grāmatico, cum dixit: Cū seruili sche-  
ma. Vide de hoc & Priscianum in sexto.

QVIBVS ET QVOT LI.



teris nomina terminentur.

Sane sciendum, quòd duodecim literis omnia nomina latina casu nominatiuo, numero singulari, terminantur: uocalibus quinque, a, e, i, o, u: semiuocalibus sex, l, m, n, r, s, x: muta una, t. A, ut tabula. e, ut sedile. i, ut frugi. o, ut ratio. u, ut genu. l, ut mel. m, ut scannum. n, ut flumen. r, ut arbor. s, ut flos. x, ut nox. t, ut caput. Quidam adijciunt c, ut lac & halec.

De nomine lac, ueteres uariabant. Nam lact per duas cõsonantes, ut Martianus Capella testatur, proferebãt. Quidam nõ lact, sed lacte in noiatiuo dixerũt. Hinc Plautus in Menecchmis: Nec aqua aquæ, nec lacte lacti (crede mihi) usquam similis, quàm hic tui est, tuq; huius. Annotatũ est & hoc à Priesciano, libro sexto. Vergilius tamen dixit, Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit.

### DE PRONOMINE.

**P**ronomen est pars orationis, quæ pronomine posita, tantundem penè significat, interdumq; personam recipit. Pronomini accidunt sex. Qualitas, genus, numerus, figura, persona, casus.

Tantundẽ, additũ est, quòd (ut Seruius hanc Donati definitionẽ exponẽs ait) pronomina licet nominũ uim exprimãt, non tamen plene exprimunt. Nomina enim posita, plenas faciunt elocutiones: pronomina, semiplenas. ut si quis dicat, Vergilius scripsit Bucolica, ipse scripsit & Georgica.

### DE QUALITATE

in pronomibus.

Qualitas pronominũ duplex est. Aut enĩ finita sunt pronomina, aut infinita. Finita sunt, quæ recipiunt personas, ut ego, tu, ille. Infinita, quæ non recipiunt personas,

## DONATVS DE

ut quis, quæ, quod. Sūt etiam pronomina minus quàm finita, ut ipse, iste. Sunt præpositiua, ut quis, hic. Sunt subiunctiua, ut is, idem. Sunt alia gentis, ut cuias, nostras, cuiatis, nostratis. Alia ordinis, ut quotus, totus. Alia numeri, ut quot, tot. Alia ad aliquid dicta infinita, quæ nec personam, nec locum, nec tempus designant: ut, cuius, cui, cuium. Alia ad aliquid dicta finita, ut meus, tuus, suus. Hæc etiam possessiua dicuntur. Sunt item alia qualitatis, ut qualis, talis. Alia quantitatis, ut quātus, tantus. Sunt alia demonstratiua, quæ rem præsentem notant, ut hic, hæc, hoc. Alia relatiua, quæ rem absentem significant, ut is, ea, id. Sunt alia magis demonstratiua, ut ecce, eccam, illum.

Recipiunt personas) Id est, ut idem Seruius exponit, diffiniunt & demonstrant personas. Et sunt tantum tria, Ego, tu, ille. Sed ille uariat. Nam si ad præsentis personam refertur, tunc recte finitum est: si de absente dicatur, minus quam finitum est. Et de his Seruium ipsum, latius hæc tractantem uide.

## DE GENERE ET NUMERO PRONOMINIS.

Genera pronominiibus ita ut nominibus, accidunt penè omnia. Masculinum, ut quis. Fœmininum, ut quæ. Neutrū, ut quod. Cōmune, ut qualis, talis. Trium generum, ut ego, tu, sui. Numerus accidit pronominiibus uterque. Singularis, ut iste. Pluralis, ut isti. Sunt etiam numero cōmunia, ut qui, quæ, dicimus enim, qui uir, et qui uiri: quæ mulier, et quæ mulieres. Sunt pronomia tota singularia, ut meus, tuus, suus. Sūt tota pluralia, ut nostri, uestri. Sunt ex parte sine

gularia, ut mei, tui. Ex parte pluralia, ut noster, uester.

## DE FIGVRA ET

persona pronominis.

Figura etiam in pronomine duplex est. Aut enim simplicia sunt pronomina, ut quis. Aut composita, ut quisquis. Nam composita pronomina secundum formam nominum ex ea parte declinantur, qua pronomine fuerit casus nominatiui. Cuius rei exempla sunt, quisquis, qui suus, quispiam, aliquis, &c. Nam idem, quod constat ex duobus corruptis, cum producitur, masculinum pronomine est: cum corripitur, neutrum. Hic, correptum, pronomine est: hic productum, aduerbium loci. Personarum finitis pronominebus accidunt tres. Prima, ut ego. Secunda, ut tu. Tertia, ut ille. Sed prima & secunda generis sunt omnis. Et persona quidem prima in hoc pronomine, cum est numeri singularis, uocatiuum casum non habet: pluralis uero, habet. Idque subaudi, non nisi cum exclamatio fit, ut uult Diomedes, ut O nos felices. Quod tamen Priscianus nullo modo admittendum putat. Et prima quidem persona & tertia, inquit, uocatiuum casum habere non possunt. Quippe quod uocatiuum proprium est secundae personae, ut ad quam sermo dirigitur, quod proprium est secundae personae.

## DE CASV.

Casus item pronominum sex sunt, quem admodum nominum. Nominatiuus, ut hic. Genitiuus, ut huius. Datiuus, ut huic. Accusatiuus, ut hunc. Vocatiuus, ut o. Ablatiuus, ut ab hoc. Sunt pronomina quae non per omnes casus declinantur, ut eccum, eccam, illum, cuius, cuius, cuius, cuius, nostratis. Sunt etiam alia sine nominatiuo

## DONATVS DE

Uocatiuo, ut sui, sibi, se, à se. Hæc etiam numeri sunt communis. Sunt item sine uocatiuo, ut ego, mei uel mi, mihi, me, à me. Nullum autem pronomen recipit cõparationem, quæ qualitatem aut quantitatem significet.

### Q V I D I N T E R S I T inter pronomina & articulos.

Inter pronomia et articulos hoc interest, quod pronomina ea putantur, quæ cum sola sunt, uicem nominis cõplent, ut quis, ille, iste. Articuli uero, qui in declinationibus aut nominibus, aut participijs adiungunt, ut hic, huius, huic, huic, o, ab hoc. et pluraliter hi, horum, his, hos, o, ab his. Hæc eadem pronomina et pro articulis et pro demonstratione ponuntur. Neuter, uter, unus, omnis, alter, alius, ullus, ambo, uterque, sunt qui pronomina existiment, eo quod articulis in declinatione non indigent.

Adiunguntur, id est, præponuntur.

Pro articulis quidem, ut cum dicimus, hic Aeneas, huius Aeneæ. Quippe quod tunc non fungantur eorum nominum (quæ præsentia sunt) officio. Pro demonstratione uero, cum sine nominibus sunt, & absentium nominum personas implent, ut hic & hæc & hoc. Pro demonstratione autem dictum, id est, pro demonstratiuis pronomibus.

### DE VERBO.

**V**erbũ est pars orationis, cum tempore & persona, sine casu, aut agere aliquid, aut pati, aut neutrum significas. Verbo accidunt septem: Qualitas, coniugatio, genus, numerus, figura, tempus, persona.

### DE QUALITATE VERBORVM.

Qualitas uerborum in modis & in formis est. Modi



autem sunt, ut multi existimant, septem. Indicatiuus, qui & pronuntiatiuus dicitur, ut lego. Imperatiuus, ut lege. Promissiuius, ut legam. Sed nos hunc modum non accipimus. Optatiuus, ut utinam legerem. Subiunctiuius, ut cum legā. Infinitiuus, ut legere. Impersonalis, ut legitur. Sed hunc modum quidam pro genere & significatione uerbi accipiunt. Cuius quidem uerba, aut in tur exeunt, aut in it, aut in et. Sed quæ in tur aut in it exeunt, hæc ab indicatiuo oriuntur, ut lego, legit: cōtingo, cōtingit. Quæ aut in et exeunt, duas formas habent. Alia enim ab indicatiuo ueniūt, ut misereor, miseret. alia à se oriuntur, ut pudet, tædet, poenitet, libet. Quamuis ueteres dixerint pudeo, tædeo, et poeniteo. Qualitas uerborū etiā in formis (ut dictū est) constituta est, quas formas alij uerborum generibus, id est, significationibus admiscet.

Sed hūc modū) Priscianus lib. 8. de modis uerborū, Impersonale, inquit, uerbum suæ cuiusdam significationis. Atqui Diomedes de ipso, inter uerborum modos ita loquitur, & quasi dubitet, nihil decernit. Quinq; esse uerborū modos, inquit, omnes ferè grammatici consentiunt. Nam qui sex uoluerunt, alij promissiuum, quidam impersonalem coniungunt. Qui amplius prioribus, percontatiuum assumunt. Qui nouem, coniunctiuum à subiunctiuo separant. Qui decem, etiam adhortatiuum adscribunt. Verum ex his (ut ipsa declinatio uerborū exposcit) impersonalis & participialis modus à quibusdā admittunt.

## DE FORMIS

uerborum.

Formæ igitur quatuor sunt: Perfecta, meditatiua, inchoatiua, frequetatiua. Nam & in his græca lingua de  
fi-

## DONATVS DE

ficit. Perfecta, ut lego. Mediatia, ut lecturio. Frequentatiua, ut lectito. Inchoatiua, ut feruesco, caleasco. Sed frequentatiua uerba semper primæ coniugationis sunt. Inchoatiua nõ per omnia tempora declinatur: quia que inchoantur, præteritum tempus non habent, & oriuntur à neutralibus uerbis. Sunt etiam frequentatiua de nomine uenientia, ut patrizo, grecizo. Sunt quasi diminutiua, que à perfecta forma ueniunt, ut sorbillo, pugillo. Sunt sine origine perfecta formæ, ut pitisso, uacillo. Frequentatiua sepe in tres gradus deducunt uerbum, ut curro, curso, cursito. Sæpe in duas tantum, ut uolo, uolito. Sunt uerba inchoatiuis similia, que inchoatiua non esse temporum consideratione dignoscimus, ut compesco, compescui. Sunt item inchoatiua, que à perfecta forma ueniunt, ut horreo, horresco. Sunt que originem sui nõ habent, ut consuesco, quiesco.

Que tamẽ  
imitatiua  
potius dici  
possent.

### DE CONIUGATIONE.

Coniugationes accidunt uerbis tres: prima, secunda, tertia. Prima est, que indicatiuo modo, tempore præsentis, numero singulari, secunda persona, uerbo actiuo & neutrali, a productam habet ante nouissimam literam. Passiuo autem & communi & deponenti, ante nouissimam syllabam, ut uoco, uocas: uocor uocaris. et futurum tempus eiusdem modi in bo, & in bor syllabam mittit: ut uoco, uocabo: uocor, uocabor. Secunda est, que indicatiuo modo, tempore præsentis, numero singulari, secunda persona, uerbo actiuo et neutrali, e productam habet ante nouissimam literam: passiuo autem et communi et

de

deponenti, ante nouissimam syllabā: ut, moneo, monēs; moneor, moneris: et futurum tempus eiusdem modi in bo et in bor syllabam mittit, ut moneo, monebo: moneor, monebor. Tertia est, q̄ indicatiuo modo, tēpore presentis, numero singulari, secūda personā, uerbo actiuo et neutrali, i literam interdum correptam, interdum productam habet ante nouissimam literam: passiuo autē et communi et deponenti, e correptam uel i productam ante nouissimam syllabam, ut lego, legis: legor, legeris: audio, audis: audior, audiris. Et futurum tempus eiusdem modi in am et in ar syllabam mittit, ut lego, legam: legor, legar: audio, audiam: audior, audiar. Et altera species tertię coniugationis, que i producta enunciat. Hanc nōnulli quartam esse coniugationem putant, quod futurum tempus eiusdem modi in am & in ar, & in bo et in bor syllabam mittit: ut, seruiō, seruis, seruiā uel seruiō: uincio, uincis, uinciam uel uincio: uincior, uinciris, uinciar uel uincior. Quod quidam refutantes, negant in bo et in bor rite exire posse tertiam cōiugationem, nisi in eo uerbo, quod in prima persona indicatiui modi, temporis presentis, numeri singularis, e ante obauerit, ut eo, queo, eam, queam, uel iō, quibo: & passiuo, queor, quear uel quibor, et si qua sunt similia.

Coniugatio uerborum à Prisciano diffinitur, consequens uerborum declinatio, quam & ita dictam putat, quod una eademq; ratione declinationis, plurima coniugentur uerba.

### DE GENERE VERBORVM.

Genera uerborum, que ab alijs significationes dicuntur,

DONATVS DE

tur, sunt quinque. Actiua, passiua, neutra, communia, deponētia. Actiua sunt, quæ o litera terminantur, & accepta r litera, faciunt ex se passiua, ut lego, legor. Passiua sunt, quæ r litera terminantur: & ea amissa, redeunt in actiua, ut legor, lego. Neutra sunt, quæ o litera terminantur, & accepta r litera, latinæ. nō sunt, ut sto, curro. Sunt præterea neutra, quæ i litera terminantur: ut, odi, noui, coepi, memini. Sunt item quæ in um syllabam desinunt, ut sim, prosum, obsum. Sunt item, quæ t litera exeunt, & impersonalia dicuntur, ut pudet, tædet, poenitet, libet, oportet. Sed hæc & similia defectiua existimanda sunt. Sunt præterea neutro passiuæ, ut gaudeo, gausus sum, soleo, solit<sup>9</sup> sum, audeo, ausus sum, fio, fact<sup>9</sup> sum, fido, fisisum. Deponētia sunt, quæ r litera terminantur: & ea amissa, latina non sunt, ut conuictor, colluctor.

Communia sunt, quæ r litera terminantur, & in duas formas cadunt, patientis & agentis, ut scrutor, criminor. Dicimus enim, scrutor te, ei scrutor à te. Criminor te, & criminor à te. Sunt uerba extra hanc regulam, quæ inæqualia dicuntur, ut soleo, facio, fio, fido, audeo, gaudeo, uescor, fero, medeor, edo, pando, mando, nolo, uolo, malo, eo. Sunt quæ declinari rite non possunt, ut cedo, aue, salue, faxo faxis, infit, inquam, quæso, aio. Sunt itē monosyllaba, quæ etiam extra regulam sola sunt producta, ut sto, do, flo, no. Sunt uerba incertæ significationis, ut tondeo, labo, fabrico, punio, munio, patior, muneo, ro, populor, aſſētior, adolor, luctor, auguror. hæc enim omnia uerba, & in o & in r literas finiuntur, & his uer

Huiusmodi  
græci ἀνά  
μαξα dicun  
tur.



bis tempora participiorum accidunt penè omnia.

Quæ à Latinis genera siue significatiões uerborum dicuntur, à Grecis *κλίσεις* appellantur, hoc est dispositiones.

Hæc & defectiua dicuntur, quod præter præteritū perfectum, et quæ ab hoc deducuntur, cæteris temporibus careant. Vtriusq; tamen temporis significationem retinent, & præsentis & præteriti.

## D E N U M E R O

et figura uerborum.

Numeri uerbis accidunt duo. Singularis & pluralis. Singularis, ut lego. Pluralis, ut legimus. Et secundū quosdam dualis, ut legere. Figura uerborum duæ sunt. Aut enim simplicia sunt uerba, ut scribo, aut composita, ut describo. Componuntur etiam uerba quatuor modis sicut et ceteræ partes orationis, ex duobus corruptis, ut officio, ex duobus integris, ut abduco, ex corrupto & integro, ut alligo, ex integro & corrupto, ut defringo. Sunt uerba composita, quæ simplicia fieri possunt, ut repono, distrahō. Sunt quæ non possunt, ut suspicio, compleo. Sūt itē uerba, quæ componere possumus, ut pono, traho, repono, & traho. Sunt quæ cōponi non possunt, ut aio, quæso.

## D E T E M P O R E U E R B O R U M.

borum.

Tempora uerbis accidunt tria, præsens, præteritū & futurum. Præsens, ut lego, præteritum ut legi, futurum, ut legam. Præteriti temporis differentie sunt tres, imperfecta, perfecta, & plusquam perfecta. Imperfecta, ut legebam, perfecta, ut legi, plusquam perfecta, ut legeram. Ergo in declinatione uerborum quinque tem=  
x      pora

## DONATVS DE

pora numeramus, praesens, praeteritum imperfectum,  
praeteritum perfectum, praeteritum plusquam perfectum,  
& futurum.

### DE PERSONA VER-

borum.

Personae uerbis accidunt tres. Prima, Secunda, Tercia. Prima est, quae dicit, ut lego. Secunda, cui dicitur, ut legis. Tercia de qua dicitur, ut legit. Sed prima persona indiget casu, sed admittit plerumque nominatiuum, ut uerberor innocens, liber seruo. Secunda persona trahit casum uocatiuum, ut uerberaris innocens, seruis liber. Tercia trahit nominatiuum, ut uerberatur innocens, & seruit liber. Quae etiam uerba impersonalia quae in tur exeunt, casui seruiunt datiuo & ablatiuo, ut geritur a me, a te, ab illo, dicitur et mihi, tibi, illi. Quae uero in it, exeunt, casui seruiunt datiuo, ut contingit mihi, tibi, illi. Quae uero in et, ea modo datiuo, modo accusatiuo casui seruiunt. Datiuo, ut libet mihi, tibi, illi. Accusatiuo, ut decet me, te, illu. Sunt uerba praeterea, quorum alia genitiui casus formulam seruant, ut misericor mei, tui, sui. Alia datiuo, ut maledico tibi, suadeo illi. Alia accusatiui, ut accuso illum, inuoco illum. Alia ablatiuo, ut discedo ab illo, auertor ab illo. Alia septimi casus, ut fruor agro, potior auro.

Admittit plerumque & cetera) Idque subaudi uel emphaseos uel discretionis causa. Emphaseos quidem, hoc est maioris significationis causa, ut apud Terentium in andria. Ego tibi furcifer (si uiuo) ostendam quid sit periculi dominum fallere. Di  
cretio

cretionis uero, ut si quis dicat. Ego hoc feci. ut hac locutione intelligatur non alius quispiam idem fecisse.

## VERBA ANTE O LITERAM

aut uocales habent, aut consonantes, et quot modis defectiua uerba habeant.

Omnia uerba modi indicatiui, temporis presentis, numeri singularis, primæ personæ, aut e, aut i, aut u, ante o habent. Si autem uocalem ante o literam nõ habuerint, exceptis f & k, & q, cæteras omnes latinas consonantes recipiunt. E, ut sedeo, i, ut iacio, u, ut ruo, B, ut bibo. C, ut uoco, D, ut uado, G, ut ago, H, ut traho, L, ut impello, M, ut amo, N, ut cano, p, ut scalpo, r, ut curro, s, ut lasso, T, ut peto, X, ut texo. His accedunt i, & u, pro consonantibus, ut aio, adiuuo. Nam triumpho per p & h scribitur. K, o litera non præponitur. Item q sine u præferri o litera non potest. Sunt uerba defectiua, alia per modos, ut cedo. Alia per formas, ut facesso. Alia per coniugationes, ut adsum. Alia per genera, ut gaudeo. Alia per numeros, ut faxo. Alia per figuras, ut impleo. Alia per tempora, ut fero. Alia per personas, ut cedo. Verba quoque impersonalia, cum per omnes modos declinari possint, inueniuntur quædam defectiua, ut liquet, miseret.

Aut e, aut i, aut u, ante o habent.) Reboo tamen legitur ut apud Ver. Reboät syluæq; & magnus Olympus. Sed Græcum id est. Ideo mirum non est si cõtra regulam ueniat. Et id quidem etiam à Sergio adnotatum est.

Vt facesso.) Quod ideo per formas defectiuum habetur, quod cum perfectum non sit, ad nullam tamen supradictã for

## DONATVS DE

*nam reduci potest, & si Priscianus non incongrue desideratiua huiusmodi uerba nominari posse putat.*

*Per genera, ut gaudeo, quia nec actiuū, nec passiuum, nec neutrum proprie dici potest præteriti perfecti ratione.*

*Liquet & miseret, inter impersonalia, quod præteritis perfectis careant, defectiua habentur.*

### DE ADVERBIO.

**A**d uerbum est pars orationis, quæ adiecta uerbo significatiōem eius aut complet, aut mutat, aut minuit. Vt iam faciam, uel nō faciā, parum faciā. Aduerbia aut à se nascūtur, ut heri, bodie, nuper, aut ab alijs partibus orationis ueniunt. Veniunt aut̄ à nomine appellatiuo, ut doct<sup>9</sup>, docte. A proprio, ut Tullius, Tulliane. A uocabulo, ut ostiū, ostiatim. A pronomine, ut me atim, tu atim. A uerbo ut cur sim, strictim. A nomine & uerbo, ut pedetentim. A participio, ut indulgens, indulgenter. A nomine uenientia, aut in a exeūt, ut unā. Aut in e productam, ut docte. Aut in e correptā, ut rite. Aut in i, ut uesperī. Aut in o productā, ut falso. Aut in o correptā, ut modo. Aut in u ut noctu. Aut in l, ut semel. Aut in m, ut paulatim. Aut in r, ut breuiter. Aut in us, ut funditus. Aduerbia quæ in e exeūt, produci debent, præter illa, quæ aut non comparantur, ut rite, aut comparationis regulā non seruant, ut bene, male. Faciunt enim bene, melius, optime, male, peius, pessime. Aut ea quæ à nomine uerboe non ueniunt, ut impune, sepe. Cæterum facile & difficile, quæ aduerbia ponuntur, nomina potius dicēda sunt esse pro aduerbijs posita, ut est toruū clamat, horrendū resonat. Ergo aduerbia, quæ in e produ-

*Etiam*



Etiam exeunt, ab eo nomine ueniunt, quo datiuo casu singulari o, litera terminatur, ut huic docto, docte, & huic sedulo, sedule. *Que* in r literam exeunt, ab eo noie ueniunt, quod datiuo casu singulari i, litera terminatur. ut huic agili, agiliter. Contra hanc regulam multa sepius usurpauit autoritas. Nam quedam (ut diximus) & in datiuo casu in o permanent, & aduerbiū faciunt ut falso, sedulo. *Quedam* contra faciunt, ut huic duro, non dure sed duriter.

Meatim (inquā Sergius) nihil est aliud, nisi meo more. Sic tuatim tuo more. Notandum hic est, quod licet bene & male aduerbia corripuntur iuxta autoris regulam, optime tamē et pessime, cū aduerbia sunt, producuntur. At eadē contra, cū nomina sunt casus uocatiui, corripuntur, ut Optime Graugenum, & maximus Teucrorū ductor. Hęc ita ex Probo partim annotauimus.

## DE ADVERBIORVM ACCIDENTIBVS.

Aduerbio accidunt tria: Significatio, Comparatio, Figura. Significatio aduerbiorū in hoc secernitur, q̄ sunt aduerbia Loci, ut hic, ubi, ibi. Tēporis, ut hodie, nuper. Numeri, ut semel, bis. Negandi, ut non, nihil. Affirmandi, ut etiā quidni. Demonstrandi, ut en, ecce. Optandi, ut utinam. Hortandi, ut eia. Ordinis ut deinde. Interrogandi, ut cur, quare, quamobrem. Similitudinis, ut quasi, ceu. Qualitatis, ut pulchre, docte. Quantitatis ut multū, parū. Dubitandi, ut forsā, fortasse. Personalis, ut me cū, tecum, secū, nobiscum, uobiscū. Vocandi, ut heus. Respondendi, ut heu. Separandi ut seorsum. Iurandi, at e de pol, castor, hercule, mediūsfidius. Eligendi, ut potius,

Inter negandi aduerbia addit à Prisci. minime. Sic heus tu. & Persi. a. Heus age responde. Vt heu. Lu. Heu demes.

## DONATVS DE

inò. Congregandi, ut simul, unà, pariter. Prohibendi, ut ne. Euëtus, ut fortiter, fortuito. Cōparandi, ut magis, & tam. Sunt etiam aduerbia infinita, ut ubi, quādo. Sunt finita, ut hic, modo. Aduerbia loci duas species habent, in loco, & ad locum significātes. In loco, ut intus, foris. Ad locū, ut intro, foras. Dicim<sup>9</sup> enī intus sum, foris sum. Intro eo, foras eo. Adijciunt quidam de loco, quod sic dicitur quasi in loco, ut intus exeo, foris uenio. Adijciunt quidam per locum, ut hac, illac. Heus & heu interiectiones multi, non aduerbia putauerunt. Ideo quia non semper subsequuntur uerbum.

Heu quoq; interiectio dolentis reperitur, & construitur in terim cum nominatiuo, ut Vergili. Heu pietas, heu prisca fides. Interim cū accusatiuo. Idem Heu stirpē inuisam. Heu interiectio dolentis. Vergil. Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.

## DE ADVERBIORVM

### comparatione.

Comparatio accedit aduerbijs, qui huic quoq; comparationis sunt tres. Positiuus, Comparatiuus, Superlatiuus. Positiuus, ut docte, Cōparatiuus, ut doctius, Superlatiuus, ut doctissime. Et quoniam aduerbia quoq; sunt, quæ per omnes gradus ire non possunt, ideo his ad augmentam significationem, pro comparatiuo et superlatiuo magis, et maxime coniungimus ad minuendam minus et minime. Quemadmodum et comparantur, ita et minuuntur aduerbia à positiuo, ut primum primule, longe, longule. A comparatiuo, ut melius, meliuscule, longe, lon-

le: longius, longiuscule. A superlatiuo aut gradu uel nulla exempla uel perrara sunt.

Aduerbia quoque Quoniam & nomina quædam sunt adiectiua, quæ per omnes gradus ire non possunt, ut pius, magis pius: arduus, magis arduus.

## DE FIGURA ADVERBIORUM & de dictionibus dubijs.

Figure aduverbiorum duæ sunt. Aut enim simplicita sunt aduerbia, ut docte, prudenter: aut composita, ut indocte, imprudenter. Componuntur etiam aduerbia modis quatuor. Sunt autem multe dictiones dubie inter aduerbium & nomen, ut falso: inter aduerbium et pronomen, ut quomodo: inter aduerbium et uerbum, ut pone: inter aduerbium et participium, ut profecto: inter aduerbium et conjunctionem, ut quando: inter aduerbium et prepositionem, ut propter: inter aduerbium et interiectionem, ut heu. Horum quædam accentu discernimus, quædam sensu. Sunt etiam aduerbia loci, quæ imprudenter putant nomina. in loco, ut Romæ sum: de loco, ut Roma ueni: ad locum, ut Romam pergo. His prepositio non anteponitur, quæ prouincijs, locis, regionibus uel adijci solet ideo qui de significatione nominis non recedunt: ut, de Africa uenio, ad Siciliam pergo, in Italia sum. Prepositio separatim aduverbij non applicabitur, quamuis legerimus desursum, desubito, de repente, exinde, et ab usque, et dehinc. Sed hæc tanquam unam partem orationis, sub uno accentu prononciabimus.

## DE PARTICIPIO.

## DONATVS DE

**P**articipium est pars orationis, dicitur eo quod partem capiat nominis, partemque uerbi. Recipit enim à nomine genera & casus, à uerbo tempora & significationes, ab utroque numerum et figuram. Participio accidunt sex: Genus, casus, tempus, significatio, numerus & figura. Genera participijs quatuor accidunt: Masculinum, ut lectus: foemininum, ut lecta: neutrum, ut lectum: commune, ut legēs. Nam omnia participia presentis temporis, generis sunt communis. Casus totidem sunt participiorum, quot & nominum, nam per omnes casus etiam participia declinantur. Tempora participijs accidunt tria, presens, praeteritum et futurum: ut, lectans, lectatus, lectaturus.

Futurum in participijs duplex est, alterum in rus significationis actiuae, alterum in dus significationis passivae.

### DE PARTICIPIORVM

#### significatione.

Significationes participiorum à generibus uerborum sumuntur. Veniunt enim participia à uerbo actiuo duo, presentis temporis & futuri in rus, ut legens, lecturus: A passiuo duo, praeteriti temporis & futuri in dus, ut lectus, legendus. A neutro duo, sicut ab actiuo, presentis temporis & futuri in rus, ut stans, staturus. A deponenti tria, presentis, praeteriti et futuri, ut lectās, lectatus, lectaturus. A communi quatuor, presens, praeteritum & duo futura: ut, criminans, criminatus, criminaturus & criminandus. Inchoatiua participia presentis temporis sunt tantum, ut horrescens, tepescens, calescens. De



fectiua interdū alicuius temporis sunt, ut à soleo, solens, solitus. Interdum nullius, ut ab eo quod est memini, nullum participium reperitur. Interdum à non defectiuo uerbo, participia defectiua sunt, ut ab eo quod est studeo, studens est, quod futurum tamē tempus nō habet in usu. Ab impersonali verbo participia, nisi usurpata fuerint, non ueniunt.

Nullum participium reperitur) Nullum, ait Sergius, participium inuenitur: si ad usum, uerum est: si ad auctoritatem, falsum. Nam inuenimus apud Plautum, meminers.

Non ueniunt) Sergius tamen pudens & tædens non ab impersonalibus uerbis pudet & tædet usurpata participia esse dicit, sed ab integris uerbis pudeo & tædeo (quæ apud auctores inueniuntur, teste Capro) deducta.

## DE NUMERO ET FIGV-

ra participiorum.

Numer<sup>o</sup> participijs accidit uterq; singularis et pluralis. Singularis, ut hic legens. Pluralis, ut hi legentes. Figura item participiorū duplex, aut enim simplicia sunt participia, ut scribens: aut cōposita, ut describēs. Cōponuntur autē participia modis quatuor, sicut & nomina.

## DE HIS QUAE PARTICIPIORVM

formā habēt, participia tamē non sunt,

et de participijs origine uerborū

carētib; et quot modis in nomina

participia transeant.

Sunt nomina speciem participiorum habentia, ut tunicatus, galatus: quæ quia à uerbo non ueniūt, non sunt participia appellāda. E quibus sunt etiam illa, quæ cum

DONATVS DE

participia uideantur, uerborū tamen significatione pri-  
 uata sunt, ut pransus, coenatus, placita, nupta, triumphata,  
 regnata. Nam prandeor, coenor, placeor, nubor, triumphor,  
 regnor, non dicitur. Sunt etiam alia participia, quae accepta  
 praepositione, et à uerbis & à participijs recedunt: ut, nocens,  
 innocēs. Nam noceo dicitur, in noceo non dicitur. Sūt ueluti  
 participia, quae à uerbo ueniunt, & quia tempus non habent,  
 nomina magis quam participia iudicantur, ut furibundus,  
 moribundus, ludibundus. Sūt multa participia eadem & nomina,  
 ut passus, uisus, cultus, sapiens, indulgens: quae tamen & casti-  
 bus discrepant, et temporibus dignoscuntur, et comparata  
 mutantur. Sunt alia participia defectiua, quae per omnia  
 tempora ire non possunt, quae à uerbo ueniunt, ut coeptus,  
 urgendus. Sunt participia, quae accepta comparatione, fiunt  
 nomina: ut, acceptus, acceptior, intensus, intensior. Auerbia  
 de participijs fieri posse nonnulli negant, sed hos plurimae  
 lectionis reuincit autoritas.

Nam prandeor, coenor & c. non dicitur) Priscianus libro II. Vsu,  
 inquit, huiusmodi uerba magis deficiūt, quae ratione analogiae.  
 Quid enim prohibet uerbis quoque eorū uti, nisi deficeret  
 autoritas?

Coeptus) Priscianus libro. II. Coepi, inquit, non habet praesens,  
 nec futurum, sed tantum praeteritum coeptus.

Urgendus) Sed & urgens dicit ab urgeo actiuo, ut urgendus à passiuo  
 urgeo. Auerbia à participijs deduci testatur & Priscianus libro  
 secundo, sed ita tamen, ut dubitare uideatur ipse, utrum à  
 uerbis, an à participijs, aut participialibus nominibus  
 declinentur, ut à sentio sensus, sensum; à suo, sua

tu, statim: à singultio, singultus, singultim. Sed illud Sergius plane negat.

## DE CONIUNCTIONE.

**C**oniunctio est pars orationis, adnectēs ordināsq; sententiam. Coniunctioni accidūt tria, potestas, figura & ordo. Potestas coniunctionum in quinque species diuiditur. Sunt enim copulatiue, disiunctiue, expletiue, causales, rationales. Copulatiue sunt hæc: &, quoq;, atque, ac, ast. Disiunctiue sunt, aut, ue, uel, ne, nec, an, neq;. Expletiue sunt, quidem, eadem, saltem, uide licet, quanq;, quamuis, quoq;, enim, autem, porro, licet, tamen. Causales sunt, si, et si, tamet si, siquidē, quando, quandoquidem, quin, quin etiam, quatenus, sin, seu, siue, neu, nam, nanq;, ni, nisi, enim, et enim, ne, sed, interea, quā ob rem, præsertim, item, itēq;, cæterum, alioqui, præterea. Rationales sunt, ita, itaque, enim, enim uero, quia, quare, quapropter, quoniam, quādoquidem, quippe, ergo, ideo, igitur, scilicet, propterea, iccirco.

Adnectens id est, per uim coniungens, ut cum simul esse res aliquas significat: ut, & pius & fortis fuit Aeneas.

Ordinans ut cum rerū consequentiam demonstrat: ut, se ambulat quispiam, mouetur. Hæc ita ex Prisciano libro VI.

Copulatiue dictæ sunt, quod & uerba & sensum copulant: ut, Ego & tu studemus. Hic & uerba & sensus coniuncta sunt. Disiunctiue uero, penitus contra naturam sermonis inueniuntur, nisi uerba coniungerent. Disiunctiue autem id eo dictæ, quod sensus disungant. Expletiue dicuntur ideo, quod id quod minus fuerat, explere contendunt, ut si quis dicat negligenti, Lege, dicendo Lege, in eo enim arguit quod non legit.

## DONATVS DE

git ac si dicat, saltē lege, in eo arguit, quōd nihil omnino agit. Hæc ita ferè ex Seruio. Ne, causalis coniunctio est, quando *in* uox uā græcam coniunctionē significat, hoc est, ut non. Vergilius in 2. Aeneid. Ne recipi portis aut duci in moenia possit. Ne, pro etiā, expletiva coniunctio est, Hæc Priscianus.

### DE FIGURA ET ORDINE coniunctionum.

Figure coniunctionū due sunt: simplex, ut nam: composita, ut nanq;. Ordo coniunctionum in hoc est, quia aut præpositiue sunt coniunctiones, ut at, ast: aut subiunctiue, ut q;, autem: aut communes, ut ergo, igitur. Sunt etiam dictiones, quas incertum est, utrum coniunctiones, an præpositiones, an aduerbia nominemus. Quæ nisi sententiam considerauerimus, incertæ sunt: omnes tamen sensu facile discernunt. nā et coniunctiones pro alijs coniunctionibus positæ inueniuntur, potestate mutata.

Incertum est) Sic cum, quoties iungitur casui, præpositio est: cū uero uerbo subiunctiui modi, coniunctio: quoties pro quando ponitur, aduerbium.

Nam & coniunctiones pro alijs &c.) Sic uel, pro etiam. Terentius in Eunuchis: Vel rex semper maximas mihi gratias agebat.

### DE PRAEPOSITIONE.

Præpositio est pars orationis, q̄ præposita alijs partibus orationis, significationē earū aut mutat, aut complet, aut minuit. nam aut nomini præponitur, ut inualidus: aut pronomini præponitur, ut per me: uel supponitur, ut mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum: aut uerbum præcedit, ut per fero: aut aduerbiū, ut expresse: aut  
par



participium, ut præcedens: aut coniunctionem, ut absq; aut semetipsum, ut circumcirca. Præpositiones aut casibus seruiunt, aut loquelis, aut æque casibus & loquelis. Hæ aut coniunguntur, aut separantur, aut et coniunguntur et separantur. Quæ loquelis seruiunt, coniunguntur: ut di, dis, re, se, an, co, con. Dicimus enim diduco, distraho, recipio, secubo, amplector, cohæreo, congregior. Separantur, ut apud, & penes. Coniunguntur & separantur ceteræ omnes. Ex quibus in et con præpositiones, si ita compositæ fuerint, ut eas statim s, uel f, literæ sequant, plerunq; producuntur: ut, insula, insula, consilium, cõfessio. Præpositioni accidit casus tantum. Casus nanque in præpositionibus sunt duo, accusatiuus & ablatiuus. Aliæ enim præpositiones accusatiuus casui seruiunt, aliæ ablatiuo, aliæ utriq; casui.

Mutat, ut uideo, inuideo. Complet, ut facio, perficio. Minuit, ut rideo, subrideo. Sciendum autem, quòd hæc diffinitio præpositionis, magis conuenit præpositionibus, quatenus præponitur alijs partibus orationis per compositionem, & nõ ita per appositionem. Itaq; à Prisciano diffinitur, quatenus utraq; uim complectitur, hoc modo: Præpositio est pars orationis indeclinabilis, quæ præponitur alijs partibus orationis uel per appositionem, uel per compositionem. Seruiunt casibus per appositionem, seruiunt loquelis per compositionem. Aque casibus & loquelis seruiunt, quæ coniungi & separari possunt.

Ex quibus in & con) Hic licet uidere Diomedem de accentibus in præpositiõe con. Ergo quod hic dicit de duabus his præpositionibus in & con, quòd plerunq; producuntur, ad accentum referendum est, cuius usus iam apud Latinos plane abolitus est.

DONATVS DE

QVAE PRAEPOSITIO-  
nes accusatiuo casui seruiant.

Accusatiui casus praepositiones sunt haec: Ad, apud, ante, aduersum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, secundum, propter, post, trans, ultra, praeter, supra, circiter, usque, secus, penes. Dicimus enim, ad patrem, apud uillam, ante aedes, aduersum inimicos, cis Rhenum, citra forum, circum uicinos, circa templum, contra hostem, erga propinquos, extra terminos, inter naues, intra moenia, infra tectum, iuxta macellum, ob augurium, pone tribunal, per parietem, prope fenestram, propter disciplinam, secundum fores, post tergum, trans ripam, ultra fines, praeter officium, supra caelum, circiter annos, usque oceanum, secus nos, penes arbitros. Ex his ad & apud, cum unius casus sint, diuerso modo ponuntur. Dicimus enim, ad amicum uado, apud amicum sum. Nam neque apud amicum uado, recte dicitur: neque, ad amicum sum. Usque praepositio plurimus non uidetur, quia sine aliqua praepositione proferri recte non potest. unde adiungitur utrique casui pro qualitate praepositionis eius, cui fuerit copulata: ut, usque ad, & usque ab.

Neque ad amicum sum.) Ad tamen pro apud nonnunquam autoritate etiam in loco reperitur. Vergilius in I. Aeneidos: Ad Troiam pro caris gesserat Argis. ad Troiam dixit, pro apud Troiam.

QVAE PRAEPOSITIONES  
ablatiuo casui seruiunt.

Ab-

Ablatiui casus praepositiones sunt hae: A, ab, abs, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, prae, palam, sine, absq; tenus. Dicimus enim, à domo, ab homine, abs quolibet, cū exercitu, coram testibus, clam custodibus, de foro, è iure, ex praefectura, pro clientibus, prae timore, palam omnibus, sine labore, absq; iniuria, tenus pube. Sed hae praepositio propter euphoniā subducitur, & facit pubetenus. Clam praepositio casibus seruit ambobus.

Vergilius hellenismo usus, hoc est, Graecorum more locutus, Crurum tenuis dixit, libro tertio Georgicorum. Et crurum tenuis à mento palearia pendent, idq; ex Prisciano. Apud Graecos enim, inquit, separatae praepositiones tribus casibus praeponi solent.

Ambobus) Vnde quidam, ubi apud Terentium legitur in Andria, Nec clam te est, te accusatiui casus esse uolūt, cum & ablatiui casus esse possit. Et id affirmat Seruius. Dicimus enim, inquit, Clam patre, & Clam patrem, absq; tamen auctoritate. Et Diomedes itē, cuius & hoc ponitur exemplum, Clam custode & custodem.

## Q V A E P R A E P O S I T I O nes utriq; casui seruiunt.

Vtriusq; casus praepositiones sunt hae: In, sub, super, & subter. Quarū In, et Sub, tunc praepositiones accusatiui casus sunt, cū aduersum, uel ante significat: ut, Ibat in Euryalū. & Sub ipsum Arcturum. pro, ante. Tūc ablatiui casus, quum uim recte retinent, nec pro accusatiuis praepositiōibus ponūtur. Item accusatiui casus sunt, quum ad locum uel nos uel quoslibet ire, isse, ituros esse significamus, cuius rei exempla sunt hae: In accusatiui

DONATVS DE

casus, ut, Itur in antiquam syluam. In ablatiui casus, ut, Stans celsa in puppi. Sub accusatiui casus, ut, Postes q; sub ipsos Nituntur gradibus. Sub ablatiui casus, ut, Arma sub aduersa posuit radiatia quercu. Sup uero et subter, quū accusatiuo casui naturaliter præponatur, ablatiui tñ plerūq; iungūtur: ut, Gemina sub arbore sidunt. & Ferre iuuat subter densa testudine casus. quanq̄ multi sunt, q̄ nō putāt ambiguas esse præpositiones, nisi duas, in et sub. Cæterū super et subter, cū locū significant, figurate ablatiui iungūtur, extra quā formā super præpositio, cū de significat, hoc est, mentionē de aliquo fieri, ablatiui casus est tantū: ut, Multa sup Priamo rogans, sup Hectore mul. hoc est, de Priamo et Hectore.

Super uero & subter) Hinc Priscianus libro 16. de duabus his præpositionibus ita ait: Super & subter cum utraq; tñ accusatiuo q̄ ablatiui iungatur, quibusdam tamē uidetur eas ablatiui figurate adiungi, quomodo post, & ante, & circum. Sic Vergilius ægloga I. Longo post tempore uenit. Subdit idē Priscianus: Quare si accipiamus figurate tales proferri, quoties cum ablatiui iunguntur, aduerbiorum loco necesse est eas accipere.

**Q V A M V I M H A B E A N T**  
 præpositiones, cum separātur: & quam,  
 cum coniunguntur.

Separatæ præpositiones acuiuntur: coniunctæ uero casibus aut loquelis, uim suam sepe commutant, et graues fiūt. Præpositiones aut uerba ipsa, cū quibus componuntur, corrūpunt, ut conficio: aut ipse corrūpuntur, ut aspero: aut et corrūpunt et corrumpuntur, ut suscipio. An  
 tiqui



tiqui præpositiones etiã genitiuo casui iungebãt, ut crurum tenus. Item post, & antea & circum utriq; casui iũctas inuenimus. Sed scire nos cõuenit, præpositiões uim suam tunc retinere, cum præponuntur, suppositas uero & significationem suam et uim nominis & legem propriam non habere, & aduerbia, fieri, si quando illas non subsequitur casus. Separatæ præpositiões separatim præpositionibus non coherēt. Sunt qui putent accidere præpositioni, & figuram & ordinem. Figuram, quia sunt præpositiones simplices, ut abs, compositæ, ut absq;. Ordinē, quia sunt præpositiones præpositiue, ut sine, sunt subiunctiue, ut tenus. Sed hæc nos et similia, his adnumeramus, quæ inæqualia nominantur.

Aut & corrumpunt, & corrumpuntur, ut suscipio.) Addit Sergius quartum membrum, ut in uetusto quodam exemplari legi. Interdum nec corrumpūt, nec corrumpuntur, ut inuenio. Non subsequitur casus Alias ( ut & idem Sergius ait) præpositiones manent, ut Transtra per & remos. Acne. 5. Nō coherent. Ergo cū dicimus adusq;, usq; aduerbiij loco habetur. Verg. adusq; columnas exulat. i. usq; ad columnas.

## DE INTERIECTIONE.

Interiectio est pars orationis interiecta alijs partibus oratiõis, ad exprimēdos animi affectus, aut metuentis, ut hei, atat, Aut optantis, ut o. Aut dolentis, ut heu. Aut admirantis, ut papa. Aut lætantis, ut cuax. Sed hæc græci aduerbijs applicāt, quod idco latini nō faciūt, quia huiuscemodi uoces non statim subsequitur uerbum. Licet autem pro interiectione etiam alias partes oratiõis singulas pluresue supponere, ut nefas, proh nefas.

## DONATVS DE

*Accentus interiectionibus certi esse non possunt, ut scire in alijs uocibus, quas inconditas inuenimus.*

Inter interiectiones reperiuntur & alia partes orationis. Sic & nefas teste Probo uersum hunc ex s. Aene. citante: Baetra uehit sequiturq; (nefas) Aegyptia cōiunx. Eiusdem naturæ sunt & alia pleræque uoces (ut ait Diomedes) ut amabo. Martia. Dic uerum mihi Marce, dic amabo. Pro, Teren. in Andr. Pro deum atq; hominum fidem. Malū, Plin. lib. 7 cap. 51. Quæ (malum) ista dementia est. Miserum Verg. in. 6. Aene. Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis Corpora maiorum. Infandum Ver. in. 1. Aen. Nauibus (infandum) amissis uniu ob iram. Inconditas inuenimus. Hoc est (ut exponens hunc locum Priscianus ait) quæ abscondita uoce & non planè expressa, proferuntur.

## I D E M D O N A T V S

de Barbarismo.

Barbarismus est una pars orationis uitiosa in communi sermone. In poemate uero Metaplasmus. Item Barbarismus in nostra loquela, in peregrina Barbara lexis dicitur, ut si quis dicat Mastruca, Corteia, Magalia, Accinctis. Barbarismus autem fit duobus modis, scripto & pronuntiatione. His bipartitis, quatuor species supponuntur. Additio, Detractio, Immutatio, Transmutatio, literæ, syllabæ, temporis, toni, aspirationis. Per additionem literæ, fiunt barbarismi, ut reliquias Danaum, cum reliquias per unum l, dicere debeamus, syllabæ, ut, nos abisse rati, pro abisse. Temporis, ut Italianam fato, cum Italianam correpta prima syllaba dicere debemus. Per detractionem literæ, ut infantibus paruus, pro

## BARBARISMO.

in infantibus, Syllabæ, ut Salmentum, pro Salsamentum. Temporis, ut unius obnoxam, correpte, pro unius producte. Per immutationem literæ, ut olli pro illi. Syllabæ, ut pernuces pro pernices. Temporis, ut feruere leucaten, cum feruere sit secundæ coniugationis, & producte dici debeat. Per transmutationem literæ, ut Euandre, pro euander, Syllabæ, ut dissplicina, pro disciplina. Temporis, ut si quis deos, producta priori Syllaba, & correpta posteriori pronunciet. Toni quoque similiter per has quatuor species commutantur. Nam & ipsi adijciuntur, detrahuntur, mutantur, et transmutantur. Quorum exempla ultro se offerunt, si quis inquiret. Totidem etiam modis per aspirationem deprehenditur barbarismus, quam quidam scripto, quidam pronuntiationi iudicant ascribendam, propter H scilicet quam alij literæ, alij aspirationis notam deputant. Fiunt autem barbarismi per hiatus & collisiones. Sunt etiam male pronuntiationis uitia, quæ nonnulli barbarismos esse putant, in quibus sunt Metacismi, Labdacismi, Iotacismi, Hiatus, Collisiones, et omnia quæ plus æquo minus uel sonantia, ab eruditis auribus respuuntur. Nos cauenda hic omnia uitia prolocuti controuersâ de noie pertinacibus relinquamus.

### DE SOLOECISMO.

Solæcismus est uitium in contextu partium orationis, contra regulam artis grammaticæ factum. Inter solæcismum & barbarismum hoc interest, quod Solæcismus discrepantes aut insequentes inter se dictiones habet. Barbarismus autem in singulis uerbis fit, uel scripto, uel p.

DONATVS DE

nunciatis. Quoniam multi errant, qui putant etiam in una parte orationis fieri solœcismū, si aut demonstrantes uirū hanc, aut sceminā hunc dicamus, aut interrogāti, quo pergamus, respōdeamus Romæ, aut unū saluantes, saluete dicamus, cum utiq; præcedens demonstratio uel interrogatio, uel salutatio, uel contexte orationis obtineat. Multi etiam dubitauerūt, Quadrigena, Scopā, solœcismus an barbarismus esset, cum scilicet id genus dictiones barbarismus esse, uel ex ipsius uitiū finitione possit agnosci facile. Solœcismus fit duobus modis, aut per partes orationis, aut per accidentia partium orationis. Per partes orationis fit, cum una pars pro alia ponitur, ut Toruumi que repente clamat pro toruē, nomen pro aduerbio ponitur. Fit etiam in eadem parte orationis hoc uitiū, cum ipsa pro se, non in suo loco, neq; ut conuenit, ponitur, ut Cui tātum de te licuit, pro in te. Et eo apud amicum, pro ad amicum, & intro sum, pro intus, & foris eo, pro foras. Per accidentia partium orationis fiunt tot modis solœcismi, quot sunt accidentia partium orationis. Sed in his propter compendium exempli causa pauca monstrabimus. Nam per qualitates nominum fiunt solœcismi, ut Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto, Dardanus, pro Dardanius, proprium pro appellatiuo posuit. Per genera, ut ualidi silices, pro ualide & amaræ cortices, pro amari, et collus collaria caret. Per numeros, ut Pars in frustra secant, pro secat. Per comparatiōem, ut Respondit Iuno saturnia sancta dearū, pro sanctissima. Per casus, ut Urbem quā statuo uestra



uestra est, pro urbs. Per modos uerborum, ut itis paratis arma quam primum uiri, pro ite, parate arma, indicatiuum pro imperatiuo posuit. Per significationes uerborum, ut Expoliantur eos, & corpora nuda relinquunt, pro expoliant. Per tempora, ut ceciditque superbum Ilium, & omnis humo sumat neptunia Troia, possum ait. Per personas, ut Danaï qui parat Atridis, quam primum arma sumite, pro qui paratis. Per aduerbia, ut intus eo, pro intro, & Italia uenio, pro de Italia, & ad Romam uado pro Romam, cum prepositio separatim nominibus addenda sit, & non aduerbio. Per prepositiones, cum una pro alia ponitur, ut sub lucem ibant, pro ante lucem, aut necessario subtrahitur, ut syluis te tyrrhene feras agitare putasti, pro in syluis. Per coniunctiones, ut subiectisque urere flammis, pro ue. Fit per ordinem coniunctionum, ut aut fieri non debet, cum dicendum sit, fieri autem non debet. Fiunt præterea solæcismi pluribus modis, quos reprehendendo potius quam imitatio possumus annotare. Solæcismus est in prosa, in poemate schema dicitur.

Collus collaria caret.) Ex Captiuis Plauti hoc desumptum est exemplum. Est autem collare uinculi genus, quo collum astringitur, autore Nonio Marcello. Sed non uideo tamen, quomodo sit hic solæcismus per genera, quamuis collus masculino genere usurpatur pro eo quod nunc collum dicimus genere neutro. Itaque mihi quidem uidetur potius solæcismus esse per casus, ut ibi accusatiuus positus sit pro ablatiuo, nempe collaria pro collaris.

## DE DECEM VITIIS.

Cum barbarismo et Solæcismo decem uitia nominan

## DONATVS DE

tur, hoc modo, Acyrologia, Cacephatō, Pleonasmus, Perisologia, Macrologia, Tautologia, Eclipsis, Tapinosis, Cacofyntheton, Amphibologia, Acyrologia, est impropria dictionis positio, ut Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, pro timere. Cacephaton, est obscena pronunciatio, uel in composita dictione, uel in uno uerbo, ut numerum cum nauibus equat, & Arrige aures Pamphile. Pleonasmus, est adiectio superuacua ad plenam significationem, ut sic ore loquuta est. Perisologia est adiectio uerborum superuacua, sine ulla uerum, ut ibant qua poterāt, qua nō poterāt, nō ibant. Macrologia, est longa sententia, res non necessarias comprehendens, ut legati non impetrata pace, retro, unde uenerunt, reuersi sunt. Tautologia, est eiuslẽ dictionis repetitio uitiosa, ut ego metip̄se uenio. Eclipsis est deserta sententia, ut, hic secū, deest loquebatur. Tapinosis, est humilitas magnæ rei, non id agente sententia, quod demonstrat, ut, Penitusq; cauernas ingentes uterūq; armato milite complent. i. multæ legiones armatorum militū impleunt multas cauernas. Et Dulychias uexaserantes. Et Pelidæ stomachum cedere nescij. Cacofynthetō est uitiosa dictionum compositio, ut Versiq; iuuenum terga fatigamus hasta. Amphibologia est ambiguitas dictionis, que fit per accusatiuum, ut si quis dicat, audia secutorem, ratiariū occidisse. Aut per uerbum commu-  
ne, ut criminatur Cato, uadatur Tullius, nec addatur quem uel à quo. Aut per participium, ut uideo statuam auream

auram hastam tenentem. Fit etiam per homonyma, ut si quis dicat aciem, nec addat oculorum, aut exercitus, aut ferri. et præterea pluribus modis, quos recēsero oēs, ne nimis longum esset, non oportet.

## DE METAPLASMO

et eius speciebus.

Metaplasmus est transformatio quædam recti solidiq; sermonis in alterā speciem, metri, ornatus, necessitatis' ue causâ. Huius sunt species quatuordecim: Prosthesis, epenthesis, paragoge, aphæresis, syncope, apocope, ectasis, systole, diæresis, synæresis, synalæphe, ecthipsis, antithesis, metathesis. Prosthesis est appositio quædam ad principium dictionis literæ uel syllabæ: ut, gnate pronate, tetulit pro tulit. Epêthesis est positio quædam ad mediâ dictionem literæ uel syllabæ: ut, reliquias pro reliquias, induperator pro imperator. Hæc autē alij epêthesim, alij parêthesim uocāt. Paragoge est appositio quædã ad finē dictionis literæ uel syllabæ, ut magis pro mage, et potestur pro potest. Hanc alij paralepsim, alij prolepsim, id est, præsumptionē uocant. Aphæresis est ablatio de principio dictionis literæ uel syllabæ, cōtraria prosthese, ut mitte pro dimitte, et tēno pro contēno. Syncope est ablatio de media dictione, literæ uel syllabæ, cōtraria epenthesi, ut audacter pro audaciter, et cōmōrat pro cōmouerat. Apocope est ablatio de fine dictionis, literæ uel syllabæ, cōtraria paragoge, ut Achilli pro Achillis, et possis pro positus, et potes pro potestis, et mutu pro mutuo. Ectasis est exten-

## DONATVS DE

sio syllabæ contra naturam uerbi, ut Italian fãto pro-  
 fugus, cum Italian prima syllaba correpta dicere debe-  
 amus. Systole est correptio syllabæ contra naturã uer-  
 bi facta, contraria est asi, ut, Aquosus Orion, pro Orion  
 productè. Dièresis est diuisio unius syllabæ in duas, ut  
 Olli respondit rex Albai longai, pro Alba lög.e. & Au-  
 lai in medio libabant pocula bacchi pro aul.e. & Diues  
 pictai uestis et auri, pro pictæ. Synæresis est congluti-  
 natio duarum syllabarum in unam, contraria dièresi,  
 ut Phaeton, pro Phaëton: eripedè, pro æripedè. Syna-  
 læphe est per interemptionem concurrentium inter se  
 uocalium lubrica quedam lenisq; collisio, ut Atque ea di-  
 uersa penitus dum parte gerütur. Hæc à quibusdã synæ-  
 resis uel collisio nuncupatur. Ecclipsis est consonan-  
 tium cum uocalibus aspere concurrentibus difficilis ac  
 dura collisio: ut, Littora, multum ille & terris iactatus  
 et alto. Antithesis est literæ pro litera positio, ut, Olli  
 subridens, pro illi. Metathesis est transpositio literarum  
 in alium locum, nulla tamen litera ex ea dictione  
 sublata: ut, Euãdre pEuãder, et Tymbre pro Tymber.  
 Transpositio legendum, ut & nomen ipsum indicat, non  
 transformatio, etsi transpositio transformatio quedam est.  
 Metathesis enim transpositio interpretatur.

## S C H E M A T V M

Species.

Schemata lexeos & dianceas, sunt quedam figuræ  
 uerborum & sententiarum. Sed schemata dianceas ad  
 oratores pertinent, ad grammaticos uero lexeos: que  
cum



cum multa sint, ex omnibus ferè necessaria sunt sexdecim, scilicet: Prolepsis, Zeugma, Hypozexis, Syllepsis, Anadiplosis, Anaphora, Epanalepsis, Epizexis, Paronomasia, Schesisonomaton, Paromœon, Homœoteleuton, Polyphton, Irmos, Polysyndeton, Dialyton.

Prolepsis est præsumptio rerum ordine secularium, ut, Interea reges, ingenti mole Latinus Quadrijugue hitur curru, bigis it Turnus in albis, Tum pater Acneas Romanæ stirpis origo, Et iuxta Ascanius, magnæ spes altera Romæ, Procedunt castris. Zeugma est unius uerbi conclusio diuersis clausulis apte coniuncta: ut, Troiugena interpres diuûm, qui namina Phœbi, Qui tripodas Clarij lauros, q sydera sentis &c. Hypozexis est figura superiori cõtraria, ubi diuersa uerba singulis clausulis reddunt, ut, Regē adiit, regi memorat nomenq; genus. Syllepsis est diuersarum clausularum per unum uerbum conglutinata conceptio: ut, Hic illius arma, Hic currus fuit. Hoc schema late patet, & fieri solet non solum per partes orationis, sed & per accidètia partium orationis. Itè syllepsis est in dissimilibus clausulis, quando dictio singularis, uerbo plurali adiungitur: ut, Sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis.

Anadiplosis est geminatio dictionis, quæ ex ultimo loco præcedentis uersus, & principio sequentis iteratur: ut, Sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens.

Anaphora est relatio eiusdem uerbi per principium plurimorum uersuum: ut, Nate meæ uires, mea magna potentia solus, Nate patris summi, qui tela Typhoëa te

DONATVS DE

mnis. Epianalepsis est uerbi in principio positi uersus, in eiusdem fine repetitio: ut, Multa super Priamo rogatās, super Hectore multa. Ante etiam sceptrum Dicta regi ante. Epizeuxis est eiusdem uerbi in eodē uersu sine aliqua dilatione geminatio, ut, Me me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum. Paronomasia est ueluti quedam denominatio, uel quoties aliud nomē efficitur de alio: ut, Nam inceptio est amentium, haud amantiū.

Schesisomaton est multitudo nominum coniunctorum eodem habitu copulandi: ut, Marsa manus, Peligna cohors, festina uirum uis. Paromœon est, quādo ab iisdem literis diuersa nomina sumunt: ut, O Tite tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti. Homœoteleuton est, quum simili modo dictiones plurimæ finiuntur: ut, Eos reduci q̄ relinqua, deuehi q̄ de ferri malui. Homœoptotō est, cū in consimiles casus exeunt diuersa uerba: ut, Moerētes, flentes, lachrymantes, comitātes. Polyptoton est multitudo casuum, uarietate distincta, ut Littora littoribus contraria, fluctibus undas Imprecor, arma armis pugnent, ipsiq; nepotes. Irmos est series orationis continue, tenorē suum usq; ad ultimum seruās: ut, Principio coelum ac terras, camposq; liquentes etc. Polysyndeton est dictionis multis nexa coniunctionib;: ut, Athamasq; Thoasq; Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon.

Dialyton siue asyndeton, est figura contraria superiori, carens coniunctionibus: ut, Ite, Ferte citi flāmas, date tela, impellite remos.

Epiphras, ut interpretatur autor magni Etymologici, deducitur

citur  $\mu\epsilon\tau\alpha$   $\delta$   $\epsilon\pi\omega$ ,  $\delta$   $\sigma\upsilon\mu\pi\lambda\acute{\iota}\kappa\omega$ , hoc est, à connectendo.

## DE TROPIS.

Tropus est dictio trāslata à propria significatione ad impropiam ob similitudinē, ornatus necessitatis' ue causa. Sunt aut duodecim: Metaphora, catachresis, metalepsis, metonymia, antonomasia, epitheton, synecdoche, onomatopoeia, periphrasis, hyperbaton, hyperbole, allegoria. Metaphora est rerum uerborumq; translatio. Hec fit quatuor modis, ab animali ad animale, ab inanimali ad inanimale, ab aīali ad ināiale, ab inanimali ad aīale. Ab aīali ad aīale, ut Typhim aurigā celeres fecere carinē. nā gubernator nauis et auriga aīam habēt. Ab inanimali ad inanimale, ut Pelag<sup>9</sup> tenuere rates. nā rates animā non habent, neq; pelagus. Ab inanimali ad animale, ut Atlātis cinctum assidue cui nubibus atris, Pini ferum caput et uento pulsatur & imbri. Nā mons anīmā non habet, cui membra hoīs attribuuntur. Ab aīali ad inanimale, ut Si tantum pectore robur Cōcipis, nā robur animā non habet, cū Turnus, cui hęc dicūtur, animam habeat. Scire debemus alias metaphoras esse reciprocas, alias aut esse partis unius. Reciprocas, ut altum mare, profundū coelū, Possumus enī cōuertere, altū cœlum, profundū mare. Herbe florēt, iuuenes pubēt. possumus enī conuertere, herbe pubēt, iuuenes florēt. Alias partis unius, ut segetes fluctuant, uites germināt. Catachresis est usurpatio noīs alieni, ut patricidā dicimus, q occidit fratrem: & piscinam, que pisces nō habet. Hęc enim nisi extrinsecus sumerent, suum uocabulū nō haberent.

DONATVS DE

rent. Metalepsis est dictio pergens gradatim ad id, quod ostendit: ut, Speluncis abdidit atris, Hoc metuēs et, Post aliquot me a regna uidens mirabor aristas. Metonymia est dictionis ueluti quaedā transnominatio. huius autem multae sunt species. Aut per id quod continet, id quod continetur ostendit, ut Nūc pateras libate Ioui: aut contrā, Crateras magnos statuunt et uina coronāt. Aut pro inuentore id quod inuentum est, ut Sine Cerere & Baccho friget Venus: aut contrā, ut Vinūq; precamur, nam hic deus adest praesens. Hæc exempli causa posita addiscentibus sunt, reliqua demonstrabit lectio. Antonomasia est significatio uice nominis posita, quae fit tribus modis: Ab animo, à corpore, extrinsecus. Ab animo, ut, Magnanimusq; Anchisiades. A corpore, ut, Ipse arduus, id est, Polyphemus. Extrinsecus, ut, Infelix puer atq; impar congressus Achilli. Epitheton est suppositio dictionis cum proprio nomine. Differt autē epitheton ab antonomasia. Nam antonomasia uicem nominis sustinet, epitheton nunquam est sine proprio nomine, ut dira Celeno, & dia Camilla. Fit etiam tribus modis, ab animo, à corpore, extrinsecus. His duobus tropis uel uituperamus, uel ostendimus, uel laudamus. Synecdoche est significatio pleni intellectus capax, cum plus minus uel pronunciat. Aut enim à parte totum ostendit, ut, Puppēsq; tuæ pubēsq; tuorum: aut contrā, partem à toto, ut Ipsiūs ante oculos ingēs à uertice pōtus In puppim ferit. & alibi, Fontemq; ignemq; ferebant. Meminisse autem debemus, quando sit à parte totum, faciendū esse

Ostēdim<sup>9</sup>  
hoc ē, idica-  
mus, ut La-  
rissē Achil-  
les. & infel-  
lix Dido.



esse ab insigniori parte. Onomatopœia est nomen de  
 sono factum, ut, Clamorq; uirum, clangorq; tubarum. &  
 tinnitus æris. Atque leuam stipulam crepitibus urere  
 flammis. Periphrasis est circumlocutio quædam, quæ  
 fit aut ornandæ rei causa quæ pulchra est, aut uituperã  
 de quæ turpis est: ut, iam prima nouo spargebat lumi  
 ne terras Tithoni croceum linquens aurora cubile. &  
 Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus Sit genit ali ar  
 uo, et sulcos oblimet inertes. Hyperbaton est transcẽ  
 sio quædam uerborum ordinem perturbans. Cuius speci  
 es sunt quinq; hystorologia siue hysteron proteron, ana  
 strophe, parenthesis, synthesis, tmesis. Hystorologia si  
 ue hysteron proteron, est sententiæ cum uerbis ordo mu  
 tatus: ut, Et Cererem torrere parant flammis & fran  
 gere saxo. Anastrophe est uerborum tantum ordo præ  
 posterus, ut, Italiam contra, pro contra Italiam. Paren  
 thesis est interposita ratiocinatio diuersæ sententiæ, ut  
 Aeneas (neque enim patrius consistere mentem Passus  
 amor) rapidam ad naues præmittit Achatẽ. Tmesis est  
 unius cõpositi uel simplicis sectio, una dictione uel pluri  
 bus interiectis, ut, Septem subiecta trioni. & saxo cere  
 comminuit brum. et, Massili portant iuuenes ad littora  
 tanas. pro cerebrum, et Massilitanas. Synthesis est hy  
 perbaton obscurum & ex omni parte cõsum, ut, Tris  
 notus abreptas in saxa latetia torquet, Saxa uocant Ita  
 li medijs quæ in fluctibus aras. Est autem hic ordo: Treis  
 naues abreptas notus torquet in saxa, quæ saxa in medi  
 is fluctibus latentia, Itali uocant aras. Hyperbole est  
 di

DONATVS DE

dictio fidem excedens, augendi minuendi' ue causa: au-  
 gendi, ut Niue candidior, minuendi, ut Tardior testudi-  
 ne. Allegoria est tropus, quo aliud significatur, aliud  
 dicitur: ut, Et iam tempus equū fumantia solvere colla,  
 hoc est, carmē finiri. Huiusmodi species multe sunt, ex  
 quibus septem eminēt, Ironia, antiphrasis, enigma, cha-  
 rietismos, paroemia, sarcasmos, asteismos. Ironia est  
 tropus qui per contrarium conatur ostendere, quod di-  
 cit: ut, Egregiam uero laudem & spolia ampla refertis  
 Tuq; puerq; tuus. Hæc ubi grauitas pronunciantis adiu-  
 uerit, confiteri uidebitur quod negare intendit. Anti-  
 phrasis est unius uerbi ironia, ut bellū, quod minime bel-  
 lum sit: & lucus, quod minime luceat. Aenigma est ob-  
 scura sententia per obscuram similitudinem rerum: ut,  
 Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me. Signifi-  
 cat enim aquam in niuem cōuerti, & ex eadem rursus  
 effluere. Charietismos est, quo dura dictu gratius pro-  
 feruntur, ut si interrogantibus nobis, num quis nos quæsi-  
 erit, respōsum detur, Bona fortuna, exinde intelligitur  
 neminem nos quæsisse. Paroemia est accommodatum  
 rebus temporibusq; prouerbium, ut, Aduersus stimulū  
 ne calcitres. &, Lupus ē in fabula. Sarcasmos est ple-  
 na odio atq; hostilis derisio, ut, En agros, & quam bello  
 Troiane petisti, Hesperiam metire iacens. Asteismos  
 est tropus multiplex numeroseq; uirtutis. Nam astei-  
 smus est quicquid rustica simplicitate caret, & faceta  
 satis urbanitate exponitur: ut, Qui Bauium non odit,  
 amet tua carmina Meui, Atque idem iungat uulpes, &  
 mul

mulgeat hircos. Homœosis est minus nota rei per similitudinē eius quæ magis nota est, demonstratio. Huius autē tres sunt species, Icon, parabola, paradigma. Icon est personarum inter se, uel eorū quæ personis accidunt, comparatio: ut, Os humerosq; deo similis. Parabola uero est rerum genere dissimilium comparatio: ut, Quails mugitus, fugit cum saucius aram Taurus, & incertā excussit ceruice securim. Paradigma est exempli hortantis uel deterrentis enarratio. hortantis, ut Antenor potuit medijs elapsus Achius, Illyricos penetrare sinus & c. Deterrentis, ut At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor, Ledaamq; Helenam Troianas uexit ad urbes.

Barbariem quicumq; cupis uitare loquendo,  
Donati hoc lecto codice, doctus eris.

Coloniæ per Iohānem Soterem, Anno M.D. XXXIII,  
IX. Calendas Apriles.

ΔΑΖ:ΗΥΤΩ·Π:Β.Θ·Η::

וְיָבִיטוּ עֵינָיו עַל הַבְּרִית וְיִשְׁמְרוּ אֶת הַבְּרִית וְיִשְׁמְרוּ אֶת הַבְּרִית



Orandum est, ut sic mens sana in corpore sano.

צִיר אֲמוּנִים לְמַרְפֵּא